4 stringit legatũ. ¶ †Item cõtra hoc facit qd si testator legat fundũ qui est ɔmunis videt legare suã partẽ. l. si domũ. §. fi. & l. meuius. §. pe. ff. titu. j. & sic videt perinde ac si diceretur lego fundũ meum. & ideo videtur directa sol. scdm Bal. qd qñ simplr legat fundũ. videtur legare in effectu ius qd habebat scdm tẽpus mortis. & ideo recipit augmentũ. ex quo nõ posuit verba restrictiua ad tẽpus testamenti. secus quando additur meum vt. d. l. si ita. de aur. & arg. leg. Itẽ quãdo adiicitur meũ aliquãdo recipit augmentũ. vt si ex causa iudicationis altera pars aduenerit. l. iul. §. idez celsus. ff. de actio. emp. scdm Bar. & hoc casu tenet legatarius refundere precium partis adiudicate per dictũ. §. idẽ celsus. al's incipit. l. is qui fundus. Bal. vero dicit quo ad dictũ. §. idẽ celsus. quia ibi loquitur in ɔtractu oneroso. hic in lucratiuo. ideo satis sufficit legatario si habet partẽ & nõ totũ. Potes cõcordare isto modo qd si heres velit qd legatarius habebit totum: tũc habebit refuso sibi precio: vt d. §. idẽ celsus. si heres resistit ex quo sum9 in ti. lucratiuo. & diuersa est ratio in oneroso in quo omne cõmodũ perueniẽs occasione rei debet esse emptoris. adde qd icrementũ per alluuionẽ veniẽs venit in legatũ etiã si sit appositũ pronomẽ meũ scdm Cy. in. l. iij. §. grege. & in. l. se. ff. e. ¶ In ea. glo. ibi secus. Ista glo. cõmuniter reprehendit per. l. si domus. §. fi. ff. eo. Fateor tamẽ qd quando dicit cornelianũ recipit lega. augmẽtum. secus si dixit meum. vt. ff. dixi proxi. & isto modo modo põt saluari glos. &c. sed tũc ob. quia si paria sunt quãdo dicit meũ & cornelianũ. & testator sciuit alienũ. p parte debet estimatio illius partis quã sicut alienã sciuit alienã. l. cũ alienam. C. de lega. sed dic scdm Cy. qd nõ est eadẽ ratio: quia quãdo est totus alienus nõ est ratio quare vna pars debeat magis quã alia: vt. d. l. cum aliena. facit. l. generaliter. ff. de fideius. sec9 quando est pars sua. quare nõ est eadẽ ratio vt hic. vera sol. ad glos. ¶ In ea. glo. ibi stipulatio. §. fi. hic erant verba significatiua per prius ius testãtis. ibi erant indiffinita que equipollebãt olim. hec non est bona ratio. quia idẽ esset si non esset facta adiectio verbi meum. ideo qui dicit qd ibi est eadem ratio omnium partiũ cum totius rei vocetur hic secus: vel dic melius qd ibi vicem aliorum stipulatur. vnde nimirum si super toto stipulatio operatur. hic autẽ simpliciter super re disponebat volẽs propriam dispositionem facere. ideo in dubio refertur ad ius testantis. Salycetus.

Summarium.

1 Conditio proprie tempus futurum respicit.
2 Conditio quando secundum qualitatem euentus diuidatur.
3 Conditio facta dicitur que per relatiuum indicitur.

Stichum qui. Relatiuum substantie iunctum verbo presentis tẽporis inducit demõstrationẽ: sed iunctũ verbo futuri tẽporis inducit cõditionẽ. h. d. Et premitte qd falsa de-
1 monstratio nõ vitiat legatũ si defectus conditionis sit. l. falsa demonstratio. de cõdi. & demõ. ¶ †No. qd cõditio proprie respicit tẽpus futurũ. l. cum ad presens. cum. l. se. ff. si cer. pe. & l. j. de condi. &
2 demon. vbi plene de ista materia. ¶ †Item no. qd vbi euentus cõditionis respicit principaliter ipsam rem de qua est dispositio: vel ipsam dispositionem potest diuidi conditio scdm qualitatem euẽtus. licet al's etiã generaliter cõditio non scindatur. l. cum fund9. ff. de condi. & demon. Et videtur etiam hic scissio ex quadã equitate per tex. in. l. pe. de cõdi. & demon. Et no. bene quia exponitur qui meus erat. i. quatenus meus erat. & sic facit qd illa clausula si non valet vel valebit iure testamenti &c. exponatur. i. quatenus. & sic pro parte possit verificari. Et eo modo si statutum dicit qd mulier non possit contrahere sine consensu duorum consanguineorũ ex parte patris si illos habeat. exponatur. i. quatenus. i. quãtum illos habeat: de quo hic latis probatur. ¶ In glos. magna ibi est qd ad diuersitatẽ partium. vult dicere qd ibi cõditio illa nõ respicit substãtiam institutionis: sed distributionem partium & diuersitatem ipsarum: ita qd institutio censetur pura in substantia: sed est in conditione. pro quota parte debent esse heredes. pro quo facit quia relatiuũ iunctũ futuro reddit conditionale id cui adiicit vt ibi alleg. Bal. l. vter ex fratribus. ff. de condi. insti. ¶ In ea. ibi testamentũ. Ista est mala ratio: quia hic facit conditionẽ. quia hic periret testamentũ in eo in quo disponit: sed hic ideo: quia adiicit substãtie dispositionis in contrario non adiicit substãtie dispositionis. sed distributioni partium. vnde non est congruum dicere qd hic testamentum pereat in totum. ¶ In eadem glo. ibi. l. talē. §. final. dicit qd ibi remanet ius patronat9 vigore cuius satis poterat dici remanere suspsius testantis propter reliquias precedentis dominij. & sic cẽset verificata & nõ defecta. l. pe. & l. fi. C. de questio. ¶ In ea. l. si in diẽ. ibi exprimitur per eum modum per quem in-

3 erat.argu.l.iij.§.eo.¶ In glo.conditio.ibi si tacita.†Nota qđ cō-
ditio indicta p relatiuũ dicitur tacita ⁊ non expressa. facit.l.j. in
fi.de cōdi.⁊ demon.⁊ sic nō impediret transmissionem per.l. que
extrinsecus de cōdi.⁊ demō.Sed ꝯtrium est verum:quia licet sicut
tacita venit ex testamento:⁊ ideo impedit.l.aliquando.eo.titu.⁊
hoc tenuit Barto.in.d.l.conditiones.¶ In glo.extinguitur ibi
§.si rem.ista reprobatur:quia ista distinctio habet locum quando
simpliciter res legatur.secus quando legatur si mea erit. vel que
mea erit:quia tunc vitiatur legatum ex defectu conditionis.Ca-
sus est singularis in.l.scribit.in.fi.de auro ⁊ argento leg.quod te-
ne menti ad limitationem.l.fideicommissa.§.si rem.j.ti.ij.¶ In
fi.glo.dic sm Dy.quod ibi conditio pendebat a voluntate stipu-
tionis ⁊ tacite inerat:⁊ ibi nihil operatur:sed hic erat alia condi
tio que tacite non inerat.vel sm Pe.ibi cōditio respicit executio-
nem.non substantiam obligationis.ideo non censetur conditio
ar.l.ex his.C.quando di.le.ce.hic vero conditio respicit substan-
tiam obligationis.¶ Ex glo.aduerte: quia hic dicitur qđ condi
tio scinditur:quia verum quando respicit rem immediate.⁊ ideꝫ
si respiciat principal'r dispositionē.al's secus.d.l.cũ fundus.⁊ teti
gi.s.de notabilib⁹. vt volo quod valeat iure testamēti.⁊ si nō va-
let vel valebit de iure codicillorum.Item facit ad.q.de cōsangui-
neis si vnus sit tantũ ex parte patris adhibitus alter ex parte ma
tris qꝛ debet intelligi statutũ de quo dixi i notabilibus. ⁊ hic per
Bar.quatenus habeat.⁊ sic debet satisfieri verbis statuti ꝓut pa
tet.l.cum virum.C.de fideicom.¶ Querit hic Dy.pone quod cō-
cedo tibi talem possessionem post mortē nunc alieno partē eius:
an debebitur estimatio totius partis alienate. ⁊ videť qđ non p
ea que no.in.d.l.fideicommissa.§. si rē.⁊ que habentur in.l.liber-
to.in prin.j.de ānu.leg.⁊.l.seia.§.fi.j.de dona.cau.mor.dic ex quo
facta fuit mentio mortis censetur donatio causa mor. p.l. seia.§.
fi.j.de do.p̄le.Ex quo sequiť qđ cũ regulariter donatio cā mortis
sapiat naturam vltime voluntatis.l.marcellus.§.j.j.de do.causa
mor.qđ de ipsa debet iudicari sicut de legato ⁊ fideicommisso. et
debet fieri distinctio an alienetur ex voluntate vel ex necessitate p
dictā.l.fideicōmissa.§.si rem. etiā si dixerit concedo talem posses-
sionem.sed non dixit que mea erit:quia simplicem demonstratio
nem fecit non conditionalem vt hic.⁊ p.l.scribit.§.fi.de aur.⁊ ar.
leg.Nec obstat.l.liberto.quia ibi non alienauit testator sed heres
qui non potuit preiudicare legatario.Non obstat.l.seia.§.fi.quia
ibi in donatione non facta mentione mortis: licet fiet per expres-
sionem infirmitatis.ideo videtur donatio inter viuos secus quā
do fit mentio de morte in donatione.facit qđ no.in.l.fi.C. de pac.
⁊ in.l.que dotis.s.so.ma. Jo.de Jmo.

Summarium.

1 Legatum repudiare potest is ad quem spectat commodum.
2 Dominus an possit hereditatem seruo delatam repudiare.

1 **Legatum seruo.** Non pōt breuius sum
mari.¶†No.quod il
le potest repudiare legatum ad quem spectat cōmodũ
lꝫ recta via non fuerit sibi relictum.¶ In gl.in fi.in.l.
legatũ.⁊ est ratio diuersitatis quare ademptio que fit in testamē
to fit tpe quo legatũ nondũ est quesitũ cum dies legati non cedat
nisi a tempore mortis.l.j.§.cũ igitur.de cadu.tol.ideo non debet
posse adimi ab ipso domino cui non est quesitum : sed repudia-
tio fit post mortem.⁊ eo tempore quo iam cesset dies legati. ideo
nimirum si potest repudiare.Nam licet legatum queratur igno-
ranti:tamen reuocabiliter queritur.l.cum pater.§.surdo.j.ti.j.et
l.si quis ita.de condi.insti.⁊ ibi bona glo.secus quādo dominus
vellet repudiare anteq̄ legatum esset delatum quare relictũ esset
sub conditione:quia tunc non posset ante conditionis euentum.
facit.l.si ita.l.si ita scriptum.§.si sub cōditione.de leg.ij. ¶ In gl.
ibi sol.vt ibi.quia nō potest videri quod repudiet ibi:quia inter-
fuit vt testis.si tñ vellet expresse renunciare posset vt hac.l. ¶ In
ea.glo.in fi.ibi iuris filius:sed quare habet plus iuris filius q̄ ser
uus.dicit qꝛ filius censetur dñs viuente patre rerum paternarũ.l.
in suis.ff.de liber.⁊ posthu.secus in seruo.quod nō placet ei:quia
sm ista tempora quicquid querebat filius querebat patri.de acq.
here.l.placet.ideo ibi dicit quod quo ad casum huius.l. glo. non
bene dicit.⁊ alia est solutio:quia hic loquitur de legato quo casu
siue sit factum seruo siue filiofa. potest repudiare per patrem vel
dñm:⁊ in hoc non est differentia inter filiũ ⁊ seruum : sed in con-
trario loquitur in hereditate delata que non potest repudiari p
patrē sine voluntate filij.nec per filium sine volũtate patris vt ibi
quare illa non potest queri.nec queritur sine volũtate vtriusq̄.l.
si quis mihi bona.§.iussum.de acqui.here.secus in legato qđ que
ritur per mediam.s.per substantiam ipsius filij immediate patri
l.que legata.de reg.iur.Et ideo nimirum si per solum patrē non
2 potest hereditas repudiari . ¶ Sed iuxta hoc est dubium†quid
de hereditate delata seruo an possit dominus repudiare.videtur
qđ non:sicut nec pater delatam filio:⁊ qꝛ in acquirēda hereditate
requiritur etiā voluntas vtriusq̄.s.dñi ⁊ serui.l.cũ ꝓponas.C.de
here.insti.ꝯriũ voluit gl.in.d.l. is q heres. Rō diuersitatis inter
seruũ ⁊ filiũ est qꝛ plus iuris censetur filius habere q̄ seru⁹ in he-
reditate vt hac gl.ex eo qꝛ filius sperat facilius existentiā sui iuris
saltem per mortē patris q̄ seruus speret libertatē quā non sperat
per mortē dñi.⁊ ideo non agitur de preiudicio serui si dñs repu-
diat quare seruus nō habeat spem acquirendi. secus in filio : sed
Bar.in.d.§.fi.tenet contrariũ:qꝛ etiā dñs non potest repudiare.
ar.l.is pōt.de acqui.here.nec ob.l.j.§.per seruũ.qꝛ illa loquitur in
bonoꝝ possessore:nō in hereditate.nā si bono.pos.facilius queriť
pendente conditione institutionis.l.ij.§.si sub conditione.j.de se
cun.tab.secus in aditione hereditatis que nō fit ante purificatio
nē conditionis.d.l.is pōt.⁊ ideo facilius perdiť ⁊ hic ob.qꝛ bono
rũ possessio nō pōt queri sine consensu serui.l.seruo inuito. in p̄n.
ad treb.igiť nec repudiari.Et ideo forte verior opi. quā cōiter se-
quũtur doc.per.d.l.j.§.per seruũ.⁊ per rationes supradictas:⁊ sic
erit casus spālis in quo licet quis non posset solus per se adire.tñ
poterit solus repudiare quare de solo eius preiudicio agere vide
tur.⁊ sic pōt etiā dici qđ.l.is qui pōt.de illo loquiť qui suo iure hꝫ
ptātē adeũdi.nō aũt verificeť in illo cui est p aliũ querenda : ⁊ sic
distinctio hui⁹ gl.pōt saluari p.l.ꝯriā:lꝫ male dixerit quo ad istā.

Summarium.

1 Augmentum accessorium sm rem ipsam iudicatur.
2 Propositũ in ꝓposito idem opatur quod oppositũ in opposito.

Si ex toto. Si rei legate detrahitur legatum
minuitur:si aliquid addať auge-
1 tur.h.d.¶ Not. qđ augmentũ ⁊ diminutio accessorie
veniens ad rem iudicari dꝫ sm ipsam rem principa-
2 lem.l.cũ inter.§.cũ iter.de pa.do.vbi bonus tex.¶†Itē not.illud
vulgatũ qđ idem dꝫ operari propositũ in proposito ⁊c.Et qđ cō-
trariorũ eadē est disciplina.l.⁊ si contra.de vul.⁊ pup.⁊ p Bar.in
l.inter stipulantē.§.sacram.de ver.obli.¶ Extra glo.facit iste tex.
ad questionē Dy.quam Bar.non ponit.Sed Ray. ⁊ Bal. quid
si fuit cōcessa alicui imunitas a collectis: an per hoc intelligatur
esse imunis a collectis que imponũtur ex necessitate tpe guerre.
videť qđ sic per istum tex.⁊ arg. eorũ que habētur in.l. si seruus.
de serui.vrba. p̄di. ⁊ in.l.in oneribus.§.hi qui imunis.j. de vaca.
mu.In contrariũ determinat Dy.p ea que hñr in.l.j.⁊ ibi gl.que
extendit illam.l.ad guerram.C.nemi.li.se.in emp.spe.execra.li.x.
Sed cōtra tex.Ray.per.d.l.si seruus ⁊ quare talis collecta potest
dici supindicta.vt ptꝫ ex his que habētur in.l.j.⁊ in rubrica.C. de
supindicto.li.x.⁊ sibi videtur munus extraordinariuꝫ.ideo debet
competere immunitas virtute dicti priuilegij p ea que hñr in.d.
§.hi qui imunis.⁊.C.de va.mu.pu.l.j. nec obstat.l.j. vt nemini li-
ce.⁊ qꝛ loquiť in casu spāli in emptione specierũ de quibus ibi.et
sic potius facit in contrariũ.ar.l.ius singulare.de legi.Bal.cōcor
dat opi. qꝛ opi. Ray. procedit qñ imponeretur collecta per noīa
respectiua.vt qꝛ imponereť ad duplũ eius qđ al's consueuisset im
poni.secus si per noīa simplicia.puta vt soluantur centũ : qꝛ tunc
procedit opi.Dy.facit qđ habeť i simili in.l. si dictũ.s.de euictio.
sed certe ibi loquiť quo ad aliā materiā.vnde forte de iure opinio
Ray. est verior. ¶ Itē aduerte qꝛ tāgit hic Bal. q d iuris si quis
legauerit fundi dimidiā.an si fundus est augmētatus etiam au-
gmentetur legatũ.de quo p Bar.i.l.serui electione.§.fi.s.eo.bar.
ibi nihil dicit de augmento.sed alio casu loqtur Cy.ibi videť dice
re qđ non placet Bal.⁊ melius vt mihi videť hic: qꝛ sicut qñ sim-
pliciter legatur res recipere pōt augmentũ ita qñ legať pars.pu-
ta dimidia ipsius fundi ꝓportionaliter dꝫ recipere augmentũ.vñ
si fundus erat primo.x.iugerũ ⁊ postea supaddit alia.x.in effectu
vbi dimidia fundi sm tempus testamenti erat in vno modo erit
in.x.⁊ sic cēsebitur augmentata non aũt debebiť totus fundus:qꝛ
hoc esset cōtra mentem testantis . Et hec vidētur vera qñ simpl'r
legauit dimidiam fundi:sed si dixisset lego meā dimidiam fundi:
videtur qđ tunc non reciperet augmentũ p ea que dixit glo.in p̄n.
¶ Item adde qꝛ Cy.hic in addi.volens soluere contrariũ de hac
l.ad no.in.d.§.fi.dicit qđ ideo hoc legatũ recipit augmentum: qꝛ
hoc augmentũ superuenit accessorie.puta per alluuionem. vnde
nimirum si regulariter sm naturā principalis.vnde in regula ac
cessoriũ.in.vj.Sed in contrario obuenit principaliter ex prouisio
ne legatarij acquirentis aliquid ipsi fundo. Sed certe ista sol.di-
uinat ad hunc tex.quinimo videtur aperte cōtra ipm dum dicit
etiam si adiecisset.⁊ supra videtur loqui etiā quando ex facto te-
stantis fit augmentum.⁊ ad idem.l.cum fundus.j.titu.j. ideo te-
ne solu.Bar.quam hic ponit ⁊c.

Summarium.

1 Rei debendi plures possunt in vltima voluntate constitui.
2 Diuisio nō induciť pceptione ptis ab vno ex plurib⁹ reis debēdi.

Si ita scriptus. Alternatiua posita iter
personas grauatas obli
gat vnumquenq̄ insolidum. vnde duo rei debendi.
nec inducitur diuisio perceptione vel petitione ptis.
hoc dicit

1 hoc dicit. ¶ † Not. qḋ in vltima volūtate poſſunt cōſtitui duo rei debēdi. ⁊ not. qualiter cōſtituanť: qꝛ per alternatiuā poſitā inter
2 perſonas grauatas. ¶ † Itē no. qḋ perceptione vel petitiōe partis ab vno ex pluribus reis debendi non inducitur diuiſio. de quo in glo. ⁊ plene in. l. ex duobus. ff. de duo. reis. ¶ In gloſ. velit. ibi vel ſo. vt ibi. cōclude ſcḋm Bal. qḋ ſi cōſtat de mēte teſtātis an velit vtrūqꝫ tenere inſolidū. an vero ꝑ partibꝰ hereditarijs illa eſt ſeruāda p. l. eādem. hic alleg. in dubio dicit qḋ aut aliqui grauantur in diuerſis orationibꝰ. ⁊ videnť grauari inſolidū. facit qḋ habeť ⁊ no. per. Bar. in. l. iij. ff. de duo. reis. Si aūt grauanť in eadē oratione ſi p copulatiuā. videnť tūc grauari ꝑ partibꝰ hereditarijs. cū copula ⁊ diuidat partes. facit qḋ habeť in. l. reos. §. cū in tabulis. ff. de duo. reis. Idē dicas ſi abſolute. i. ſine copula in eadē oratione grauentur. ⁊ tunc punctus ſtet loco copule. l. triplici. de ver. ob. ⁊ qḋ no. in. l. preterea. ff. ad. l. fal. Si aūt ponitur alternatiue. tūc videť inſolidū grauari: vt hic. ⁊ voluit etiā hic gl. ¶ In gl. alterutro. ibi dicit idē qḋ hic. iſta videť cōtra. d. l. ſi creditores vbi videtur qḋ ſi etiā ab vno recipiat partē etiā extra iudiciū ſibi preiudicat: qꝛ non poterit iterum ad ipſum redire. Eſt tamē bona ſo. ad. l. reos. ⁊. l. liberū. ¶ In. e. glo. in fi. Bart. dicit qḋ ſi loquimur in petēte ſi petijt ab omnibꝰ. intelligiť diuidere. qꝛ fecit diuiſionem obligationis ⁊ ꝑiudicat. alias ſi petijt ab vno non preiudicat quia ſupra petijt ab vna tm̄ parte intelligere: non diuidere. Si aūt in recipiēte loquamur. dic qḋ aut recipit partē ꝑ rata ſoluentis. ⁊ tunc videť diuidere niſi habeat beneficium diuiſionis duo rei olim nō habebāt. hodie habēt ſicut fideiuſſores. et hoc ſit ſpeciale fauore vltime volūtatis. hec ſequitur Bar. in. d. l. ſi creditores. hic vero de quo. ff. diceť. ¶ In gloſ. ab alterutro. ibi. l. reos dicit qḋ iſta. l. licet non faciat cōtra id qḋ hic diciť de ſolutiōe vt hic per Barto. tamē Bal. adducit aliā ratiōnē: qꝛ hic videť equi parari iſta obligatio vltime volūtatis contractui. ¶ In ea. glo. ibi vel dic vt ibi glo. variat. vide Bar. aliter hic dicit vt hic p eum cuius ſnīam in effectu ſequiť Bal. in. d. l. ſi creditores. dicens ibi quod ideo aliud in legatis: qꝛ illa regulantur ſcḋm vltimā volūtatē teſtātis: que ratio ceſſat in cōtractibus. Sed certe illa ratio parū cōcludit quare legatarij poſtquā legatū eſt eis legatū. poſſunt legatū repudiare ⁊ i eo paciſci: vt eis placet. ff. de cōdi. inſti. l. ſi quis ita hereditatem. cū ibi not. vnde videť qḋ melior ſit opi. quā hic tenet. nec ſit hec differentia inter legatū ⁊ contractum cū etiā vt ipſe dixit hec eqparātur cōtractibus ⁊ cōcludit qḋ electio nō ꝑiudicat: ſed ꝑiudicat diuiſio. vt etiā no. glo. ff. in. l. liberū. hic alle. in gloſ. Et ſi queriť qñ dicatur diuidere in petēte. ⁊ cōcludit qḋ ſi petijt ab omnibꝰ ꝑ rata nō videť diuidere ſꝫ eligere. l. reos hic alleg. Si aūt petijt partē tanquā partē tangētem illum a quo petiť. tūc inducatur diuiſio niſi hoc faceret ex neceſſitate ꝓpter beneficium diuiſionis cōtinens ius per ea que habentur in. l. ij. ⁊ iij. ff. de duo. re. iuncta. l. inter eos. §. j. ff. de fideiuſ. vel niſi proteſtatus fuit velle ſuū ius ſaluare quā remanere cōtra oēs. l. ſi debitoris. §. j. ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. Si autem loquimur in recipiente ſolutionē. dicit qḋ ſi recipiat ſimpliciter partē nō intelligitur diuidere per hūc tex. ſecus ſi recipiat tanquā partē ſpectantem ad ipſum ſoluentem: qꝛ tunc bene intelligiť diuidere. ⁊ ita intelligatur. d. l. creditores. ſaluo niſi fuerit proteſtatus de iure ſuo cōtra alios. vel niſi ex neceſſitate partez recipiat: vt. ff. in ſimili dixi ⁊c. Intelligo autem vltra ipſum qḋ ſatis diciť recipere partez tanquā partē cōtingentē ſoluētem ſi ſoluens tibi dicat ſoluo tibi iſtud ꝑ perſona mea. vel pro parte mea. vt videť ꝓbari in. d. l. ſi creditores. Tenendo autē opi. litere que poſſit eſſe ratio diuerſitatis inter membra ſua que aliter ꝓſequitur in. l. ex duobus. ff. de duo. re. dic vt ibi dixi. forte tñ de iure in hoc verior eſt opi. Bald. ¶ In ea. glo. in fi. Sed cōtra iſtud qḋ dicit de oneratis. facit qḋ dicit ibidem de datis tutoribus p alternationez. Cy. hic dicit qḋ licet onus erat idem circa diuerſa. Sed nō videť ibi bene dicere cū ibi agatur de tutela ⁊ fauore pupilli. ideo aliter dicit in. l. is q ducenta. §. vtrū. de reb. dub. qḋ tutela pure eſt onus. quare eſt ius atqꝫ poteſtas in capite li. l. j. ff. de tute. ideo licet habeat onus annexum. l. tria onera. ff. de excu. tuto. attendimus potius qḋ principale eſt. facit. l. ſi quis nec cauſam. ff. j. cum ibi no. ſi cer. peta. vel poſſes dicere ꝓut etiam ibi not. per doct. in. d. l. qḋ eſt ſpeciale in oneratis onere tutele fauore pupillorum. ⁊ quia tutela certo iudicio dari debet. ⁊ de materia huius. §. plene in. d. l. pe. ⁊c.

Summarium.

1 Nomina numeralia ſunt copulatiua.
2 Legatum pro parte acceptari ⁊ pro parte repudiari nequit.

Si ita legatum. Si vna pars alternatiue eſt indiuidua altera
1 ſimiliter cenſeť indiuidua. h. d. ¶ † Not. ex tex. qḋ nomina numeralia nō dicātur diſiunctiua ſed copulatiua. de dictione autem alteruter ⁊ alterutra. que ſit differentia. habuiſtis. ff. pri. §. ¶ † No. quod legatum nō pōt pro parte accepta
2 ri ⁊ pro parte repudiari. de quo in. l. neminem. ⁊. l. ſe. ff. tit. j. ¶ In gloſ. lecticarios. ibi facit vim vt octo. quaſi velit dicere qḋ hec dictio octo. que potius inducit cōiunctionē quā diſiunctionē. ſꝫ certe idē eſſet ſi nō eſſet appoſita dictio octo. vt qꝛ teſtator dixit lego ſeruos legatarios meos. aut ꝑ ipſis ſingulis. x. Nam tunc cenſetur legatum in prima parte alternatiue. ⁊ queriť in ſecunda quo ad effectum de quo in litera: probať in. l. ſcire debebus hic alleg. ſecus eſt quando ſingulariter nominať ſcḋm vt ſequitur in gloſ. que in ſequentibus forte nolit hec ſentire: licet aliter hic ſentiat. ¶ In glo. non petere in fi. prima non eſt bona propter. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. Secunda etiam videtur reprobari, per. l. ſi ſtichum. §. ſtipulatio. de ver. obli. cum ibi not. vnde Iaco. de are. dicebat qḋ quando in ſtipulatione annua venit aliquid propter quod tunc cenſetur eſſe vna: vt. d. §. ſtipulatio. ſecus qñ temporale: vt. d. l. ſterilis. in fi. vel potes etiam dicere: vt hic per Bart. qḋ etiaꝫ ponit Bal. ⁊ fuit originaliter opi. Pet. quia ibi coherebat implementum perſone ſtipulātis teleo cenſetur vna. alias ſecus. ¶ In gloſ. fi. vt ibi no. dixit hic Dy. Ray. ⁊ Bal. poſt eum. qḋ variatio circa idem vel circa ea que ratione connexitatis cenſetur idem non admittiť vt hic probatur. Sed circa penitus diuerſa. facit. l. de rebus. ff. rerū amo. ⁊ ibi de hoc plenꝰ per Bart. ¶ Ex glo. inducitur iſte tex. per Bal. poſt Dy. ad queſtionē ſi miles debet habere ab aliqua cōitate vel ab aliquibus ruſticis. x. operas in vinea vel alibi vbi velit: aut pro qualibet opera quinqꝫ qḋ nō poſſit preſtari pars operarum. ⁊ pars pecunie inuito milite.

Id qḋ apud hoſtes. Non ſummať. ¶ Not. qḋ pōt fieri legatum rei conſiſtentis apud hoſtes. ¶ In gloſ. conſiſtere. ibi: alias ſecus. Et pro iſta ſolu. bene facit. l. ab omnibus. §. in teſtamento. ff. eo. vbi dicit poſſe legari ſi aliquo caſu poſſit emi. ⁊ hec ſolutio communiter approbatur: licet aliter dicat in. l. liber homo. hic allegata. Et adde hic not. per Bar. inquantum dicit qḋ poteſt concedi res que ſuperfuit hoſtium ſub conditione ſi peruenit ad manus meas. Nam contra hec videť. l. inter ſtipulantem. §. ſacrā. de ver. obli. vbi quando ꝓpter interdictū cōmerciū rei nō pōt venire in cōtractū. nō poteſt etiam venire ſub conditione. ſed illud dicit quādo nō eſt honeſtū nec fauorabile expectare euentum conditionis: alias ſecus argu. l. generaliter. §. ſi liber homo. ff. de fideicommiſ. liber.

Iulianus nec. Ius optandi non poteſt per filium explicari ſine iuſſu patris. h. d. Et adde quod dicit Bar. in. l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. here. Ex quo colligi pōt ratio huius. l. qꝛ iſta eſt quedā volūtas explicāda per ipſam voluntatem ad quam non obligatur filius ſine patre: vt in voto. vt. l. ſi rem. §. j. ff. de pollicitatio. ¶ Item no. quod electio non poteſt fieri ante aditam hereditatem.

Summarium.

1 Grauari poteſt fideicōmiſſo cōmodum ſentiēs a defuncto.
2 Quartam trebellianicam detrahere pōt qui grauatur vt heres.
3 Fideicommiſſum conditionale perit fideicommiſſario ante cōditionis euentum decedente.
4 Regula cathoniana locum non habet in conditione tacita.
5 Pater quando cogi poſſit filium emancipare.
6 Filiuſfamilias inſtitutus heres nomine remanet ſed nō ſeruus.
7 Filius ⁊ ſeruus quo ad acquiſitionē patri fiendam equiparātur.
8 Monachus poteſt eſſe vſufructuarius.
9 Fideicommiſſarius vniuerſalis actionem ex teſtamēto habet cōtra heredem reſtituere nolentem.
1 Fideicommiſſum ex perſona filij vires capit hereditate aduentitia exiſtente.

Cum filio. Qui capit commoduꝫ per mediā ſubſtātiam alterius ex vltima voluntate pōt onere fideicōmiſſi grauari. ⁊ ſi extraneo relinquitur: tunc ſicut heres trebel. quartam deducet ſꝫ ille per quem acquiritur non videť grauatus vt heres nec quartam deducet. ⁊ fideicōmiſſario mortuo quando deducet fideicōmiſſum cedētis fideicommiſſum remanet penes grauatum. hoc dicit. Et quatuor ſunt partes principales. Nā primo ponit vnū dictū. Secūdo illud declarat: vel illud declarando decidit quoddam dubium. Tertio ponit vnam illationem iuliani. Quarto aliam autoritatem legis. ſecunda ibi: ac tunc. tertia ibi: deniqꝫ. quarta ibi: ideo. Vel ſm Cyn. tres ſunt partes principales. Nam primo loquitur de filio ⁊ ſeruo hereditario ⁊ legato ſimul. Secūdo de filio ⁊ hereditate tantum. Tertio de filio hereditate ⁊ legato. ſecunda ibi: deniqꝫ. tertia ibi: ⁊ ideo. Et ſecundū cū ideo in duobus vltimis non loquitur de ſeruo: quia ipſe non dicitur heres: licet filius ſit. de quo. ff. dicetur. ¶ Item ideo in ſecūdo caſu loquitur de hereditate tantū ꝓpter falcidiam quā detrabit heres ⁊ non legatarius. Et premitte pro euidentia qḋ prima pars ſecundū oēs pōt intelligi etiā in hereditate profectitia hoc eſt relicta contemplatione patris vel domini. ſed de ſecunda et reli-

quis partibus est dubium. Nam Bart. dicit illā solum pcedere in adventitio qñ contemplatione ipsius filij facta est institutio. ⁊ hec sequit hic Ang. Sed forte de iure cōtrariū est verius: vt ista litera indistincte ⁊ generaliter loquit. ⁊. ĩ. tangetur. ⁊ hoc secūdū ista tempora. Quid aūt hodie. tangit Bar. in questionibus. ⁊. ĩ. tāgetur. ¶ Item premitte secūdo qḋ scḋa pars pōt intelligi duobus modis. Primo modo qḋ legatum vel fideicōmissum datū a patre vel dño filio vel seruis insti. ita demū valeat si pater vel dominus vult. ⁊ sic virtus legati vel fideicōmissi pendet a mera eorum volūtate. ⁊ hanc lecturā tenuit precise glo. j. ⁊ gl. antepenultima. in ver. patris. ⁊ scḋm eā lȝ filius emancipeť vel seruus manumittatur non tenebit legatū vel fideicōmissum nisi pater vel dñs voluerit. Secūdo modo legitur ꝙ dictū legatum seu fideicōmissum non pendeat ab eoꝝ voluntate: imo de necessitate seruo manumisso vel filio in potestate sit prestandū. ⁊ hanc tenuit gl. tanꝙ veriorem in ver. ex persona eoꝝ. ⁊ hec secunda subdiuidit in plures: vt patet ex dicta glo. in ver. si persona eoꝝ. ¶ Item premitte qḋ tertia pars in ver. deniqꝫ. legitur simil'r duobus modis. Primo qḋ sit differentia an pater cogeť de restituēdo hereditatē filio quo casu trebellianica non deducit: qꝛ tunc nō vt heres sed vt pater rogare videť. An vero roget de restituēdo extraneo quo casu trebellianica: qꝛ ex psona filij teneť. ⁊ sic vt filius sit heres institutus ⁊ patri querat. ⁊ sic per filiū sit heres pater ⁊ filius per eius substantiā representet. Scḋo modo legiť ꝙ non sit differentia an rogetur de restituēdo filio vel extraneo: sed solū in modo rogādi quia si rogať vt pater non deducet trebellianicā: secus si vt heres sed prima lectura vera: vt hic tangitur in glo. in ver. sed vt pater. ¶ Ultimo pmitte qḋ quarta pars in ver. ⁊ ideo. legiť duobꝰ modis in glo. fi. vt ibi patet. Et tertio modo ſm Jac. de are. ⁊ quarto ſm Bar. de quibus duobus hic per Bar. ¶ In tex. ibi datur i. relinquitur. ⁊ no. qḋ facit in cle. scḋa per gl. de iure patro. ¶ In tex. ibi ex persona filij teneť. subaudi. ⁊ sic vt heres cū filius sit institutus. ⁊ pater ipsius personā representet. ¶ In tex. ibi nō posset. subaudi. ⁊ sic multominus ipse pater si teneť ex persona filij. quia propter vnūquodqꝫ tale ⁊ illud magis. l. qui pareti. ⁊. l. ex diuerso. ſ. sol. matri. ſm Cy. ¶ In tex. ibi cum pater. subaudi restituendo filio instituto. ¶ In tex. ibi rogari videť. subaudi ⁊ sic fideicōmissum sumit vires ex eius persona secundū intellectum Bar. ⁊ intellige pater tanꝙ cōmodum sentiēs ratione patrie potestatis. ¶ In tex. ibi: retenturū. subaudi etiā cum omnibus fructibus: secus si ipse filius superuiueret patri: qꝛ tunc restituerenť etiā sibi fructus per. l. fideicōmissi. §. cum pollidius. de vsu. qḋ nō esset si fuisset rogatus restituere scḋm intellectum Ja. de are. vel dic retenturū: qꝛ non censeť pater vt nondū vixisset ex quo fideicōmissum sumit vires ex persona eius secundū intellectū Bart.

1 ¶ †Item no. ex ista litera qḋ grauari pōt per fideicōmissum qui sentit cōmodum a defuncto etiā per obliquū. ⁊ sic ampliať ⁊ declaratur. l. ab eo. C. de fideicō. ¶ Itē no. qñ sumit vires fideicō. ex persona patris qñ filio īstituto pater grauať. ⁊ similiter in seruo

2 instituto si dñs grauetur. ¶ †Item no. quod ille demū pōt detrahere quartā trebellianicā qui grauaretur vt heres: secus si tanꝙ al's cōmodum sentiens. facit. l. j. ⁊. l. inde neratius. ĩ. ad trebel. et in. l. mulier. §. fi. eo. titulo. ¶ Et nota bene qḋ hoc pcedit siue grauetur vt heres ex persona alterius. ¶ Item nota quod quis sibi ipsi non pōt esse obligatus. facit. l. legatum. §. j. ĩ. e. Nec similiter sibi ipsi detrahere sicut nec sibi ipsi dare. extra de institutiōibus cum ad nostrā. ¶ Item not. illud vulgatum ppter quod vnumquodqꝫ tale ⁊c. facit. l. qui libertatis. §. fi. ſ. de euic. ¶ Item no. ꝙ appellatione falcidie cōtinetur trebel. qñqꝫ autem contineť debita iure nature in aut. vnde si parens. C. de inoffi. testa. Sed pprie significat falcidiā que detrahitur per institutionē de particulari

3 bus relictis. vt no. glo. in. d. aut. ¶ †Itē no. ꝙ fideicōmissum conditionale perit fideicōmissario decedēte ante conditionis euentū. de quo in. l. j. §. finautē. C. de cadu. tol. ¶ In glo. j. ex sua volūtate. in hoc glo. non bene dicit vt tetigi in euidētiali. ⁊ tangitur ĩ. in glo. iij. ¶ In ea. glo. ibi: sed si ante emācipationē. ¶ Itē not. licet pater grauetur de restituendo post mortē suā filio nihilominus intelligitur effectualiter grauatus si non per mortē emācipauit filiū. ⁊ per hoc bene facit. l. mulier. ad trebel. ⁊. l. iij. C. de insti. ⁊ substi. ¶ In glo. ij. ibi vt vsufructus. quasi velit glo. qꝛ secundū ista tempora etiā respectu pprietatis poterat pater grauari. cū etiam illa sibi queriť sicut hodie posset grauari in vsufructu qui queritur sibi per filiū in aduentitijs: non in pprietate cū illa sit filij nisi grauaretur vt legitimus administrator filij. facit. l. etiā. C. de fideicōmis. ⁊. l. peto. §. in rem. ĩ. tit. j. ¶ In glo. eorū. ibi. l. placet. vnde etiam videtur obstare regula catboniana. ex quo ab initio non videtur valere. l. j. de regu. catbo. ⁊ hec opi. respicit secundam lec. ſ. positam que est vera vt dixit glo. ⁊ etiā dixi in euidentialibus. ¶ In ea. glo. ibi: rñdeo hec prima vera secundū. ſȝ videť diuinare. qḋ est refugium miseroꝝ: vt. l. filium quem habentē. C. fami. herc. Tene tamen menti istam primā. maxime in eo quod dixit respondeo: qꝛ si pure esset relictū non procedit hec. l. etiam secundum. ll. nouas secundū quas etiā in aduentitijs solū patri queriť vsusfructus. l. cū oportet. ⁊. l. fin. C. de bo. que lib. de quo. ĩ. tangetur sequēs solutio in ver. vel dic. ¶ Et aduerte qꝛ scḋm istā primā solutionē cessat cōtrarium de regula catboniana que non habet locū in ꝯditionalibus relictis. l. certa. §. j. ĩ. eo. Sed sequēs etiā solutio in ver. vel dic non videtur tollere cōtrarium de regula catboniana. ideo necessario videť intelligenda scḋm primam quando fuit rogatus sub conditione vel in tempus existētie sui iuris. Et ista addit plus ꝙ prima. qḋ etiā interdū pendente conditione poterit agi qñ pater nō vult sibi retinere nec filiū emācipare. nam videť quodāmodo tunc disponere. ideo sicut si aliter dissiparet possit interim cogi. vt in. l. imperator. ad treb. ita poterit hoc casu. ⁊ sic hec secūda pōt saluari. lȝ Bart. reprobet eā dicens scḋm istā fideicōmissum non saluaret vires ex psona patris. Nam imo sumeret intelligēdo qḋ hereditas iam fuit adita iussu pris. lȝ pater postea illā retinere volebat. vt ex se patet. ex quo semel testamentū erat confirmatū per aditionē. ⁊ pro hoc intellectu bene facit qḋ no. Ja. de are. ⁊ per Bar. post eum in. l. cogi. §. si pater. ĩ. ad trebellianū. ¶ In eadem glo. ibi in seruo idem nō dico forte voluit dicere qḋ seruo licet dñs cogetur restituere cū erit liber. lȝ adita fuit hereditas iussu dñi. ⁊ noluit dominus postea retinere nec seruū manumittere ꝙ non dabiť curator hereditati ⁊ hoc forte. ideo qꝛ non de primo ita verisimiliter sperat seruus libertatē. secus in filio qui sperat existentiā sui iuris saltem post mortem patris. facit qḋ no. in. l. legatū. ſ. e. ⁊ in. l. is qui heres. §. fi. ſ. de acqui. here. forte etiam hoc dixit glo. ppter id quod tāgit glo. in ver. sed vt patet. ¶ In ea. gl. ibi: item cogitur pater. hic sumit quidā vt refert Cy. aliā solutionē. sed ista etiā esset intelligenda secundū primā. nec ob. regula catboniana que nō habet locū in fideicōmissis vniuersalibus ⁊ idē glo. in. l. iij. ĩ. de regu. catbo. Sed ipse idem tenuit cōtrariū in. d. l. ij. ⁊ videť verius tenēdo qḋ dies fideicōmissi vniuersalis puri relicti cedat a morte testantis nō ab adita hereditate put etiā ipse hic tenet. ⁊ satis videť pbari in. l. cogi. §. idem metianus. ĩ. ad treb. lȝ glo. senserit cōtrariū ⁊ male in. l. quidam ita. ĩ. ad treb. quam sequebať Dy. sed illa non ob. vt hic tangit Bar. ⁊ facit in fi. ⁊c. ¶ Ex hoc vltimo no. diligē

4 ter †quod regula catboniana nō habet locū etiam in relictis sub tacita conditione. facit qḋ dixi in. l. si domino sticbus. ĩ. eo. et ista vltima magis litere amicať ⁊ licet Oldr. limitet qñ erant adiecta verba que saperent fideicōmissum dilatum in tempus sui iuris vt est videre in. l. vbi pure. ad trebel. tamen Bart. simpliciter tenet glo. qḋ hic loquiť qñ pure filius est institutus. ⁊ pater qui habet cōmodum ab eo. seu p mediā personā eius est sibi de restituendo grauatus. secus qñ pater est institutꝰ. ⁊ sic nō habet cōmoduȝ a filio ⁊ rogať de restituendo ipi filio. quo casu scḋm eū procedat dictū Oldr. per id qḋ habetur in. §. an seruo. insti. de leg. iij. ⁊. ĩ. e. l. a filio. ¶ Sed aduerte: qꝛ forte etiam pōt defendi qḋ si pater est institutus ⁊ simpliciter grauatur de restituēdo filio intelligatur grauatus de restituendo in tps sui iuris per tex. cū glo. in. l. cogitur. §. si pater. ĩ. ad trebel. vbi videtur casus nō cauillādo ⁊ filius ibi poterat agere. vel qꝛ erat factus sui iuris. vel qꝛ pater censebatur dissipare si volebat acquirere vt ibi tetigit Ja. de are. ⁊ Bar. post eum scḋm hoc nō habet obstare dicta. l. vbi pure. qꝛ non debet sumi argumentum a cōtrario sensu: qꝛ resultaret iuri contrarius intellectus contra dictū. §. facit quod habetur in. l. placet. §. patri. C. de cōdi. inser. Item non obstat. §. nā seruo. qꝛ si litera ibi ponderetur nil ibi dicit de patre ⁊ filio: sed solū de domino ⁊ seruo. ⁊ longa videtur differentia inter casum ⁊ casum. cum seruus nō speret libertatē per mortem domini. sed filius speret existētiā sui iuris saltē per mortem patris. ideo qñ optio instituto relinquitur filio verisimilius insurgit presumptio vt intelligatur dilatum relictum in tps existentie sui iuris: quā quando a domino instituto relinquitur libertas. facit qḋ no. tex. ⁊ glo. in. l. legatū. ſ. eo. ⁊. l. is qui heres. §. fi. de acqui. here. ¶ Iteȝ aduerte qꝛ plus dixit hic Cy. post Jac. de ra. quia supposito etiam isto intellectu

5 vltimo glo. †poterit cogi pater emancipare si iussu eius per filiū sit adita hereditas. nā videtur agnouisse iudicium defuncti iubendo adire. ⁊ cōsequēter videť agnouisse quatenus ab eo est relictū. ⁊ tūc relictū nō possit bene valere: nisi emancipetur. vt in cōsequentiā pater grauať emancipare. facit. l. quāuis. C. de fideicō. ⁊ sic in cōsequētiā videť agnoscere volūtatē defuncti ēt in hoc ar. l. ij. de iurisd. om. iudi. ⁊ ideo poterit cogi. facit. l. cui. de cōdi. ⁊ de mon. Sed forte iste intellectus est bonus: qꝛ pater nō videť cogi emancipare qñ nihil sibi remaneret. ⁊ videť esse de mente tex. in dicta. l. si cui. ⁊ expresse voluit glo. in. d. l. cogi. §. si pater. ⁊ hoc casu nil debet remanere penes patrem: cum nec etiam posset aliqd detrahere vt hic dicitur. ergo nec poterit cogi. ⁊ hoc videtur voluisse glo. in. d. §. si pater. que videtur in effectu reprobare hunc intellectum. facit etiam qḋ not. glos. in. d. l. si cui. ibi tamē glos. in ver. restituere. que incipit hec presumptio. videtur voluisse sentire opi. Cy. sed melius videť dicere glos. in. d. §. si pater. nec ob. qḋ dixi circa intellectum. §. si pater. gl. in. l. a filio. ĩ. e. q̄ videť approbare opi.

bare opi.bar.q2 illa gl.nō ꝓbat iure cū nil alleget.niſi.§.a ſeruo. ¶Item videt glo.cōtraria cum tex.in.d.§.ſi pater.z eodē modo poſſet reſponderi ad.l.fideicōmiſſa.§.filio.ſ.de leg.iij.z hāc partē etiā videt tenere glo.in.d.l.ſi cui.de condi.z demon. in preallег. glo.in ver.reſtituerit.ſi tñ velles tenere opi.Old.z Bar.quam ſe quit etiā hic Ang.z pro qua multū videt facere.d.§.ſi filio.z.d.l. vbi pure.poſſes dicere qd licet.d.§.ſi pater.videat ſimplr loqui: tñ debeat limitari z diſtingui per.d.l.vbi pure.z.d.§.ſi filio.quia non eſt abſonū q vna.l.ſimplr loquens limitaret z determinare tur per aliā in materia diſtinguētē.l.non eſt nouū.z.l.z poſterio res.ſ.de legibus.z notatur in aut.offerat.C.de lit.cōteſt.Et ſcdm predicta deberēt etiā limitari glo.preallegate in.d.l.ſi cui.z.d.§. ſi pater.z hec pars tutior propter aut.glo.in.d.l.a filio. ¶In gl. falcidi.in fi.Et facit quod dixi ſuper tex.Et aduerte ſm Ang.qd pater hāc falcidiā retinebit pro ſe ſcdm hec iura ſine dubio.z etiā hodie ſi hereditas fuiſſet profectitia.quia relicta filio contempla tione patris cū plena proprietate etiā hodie ad patrē in talibus pertineat.l.cū oportet.C.de bo.que libe.ſ3 ſi hereditas eſſet aduē titia cum hodie ꝓprietas ſequatur filium z non patrē.vt.d.l.cū oportet.detrahet eā pro filio tanq administrator legitimus filij: cum filius hoc caſu ſit heres nomine z effectu quo ad proprietatē vt.d.l.cū oportet.z ſic habebit ſolū vſumfructū in dicta quarta. ¶In gl.filij.in fi.ſubaudi q inſpecto mero rigore z vnde debet attendi forma verbox ſi ſeruus heres inſtituatur z legat a domi no non dr legari a ſeruo ſed inſpecto effectu ſic cū debeatur ex per ſona ſerui.hinc eſt qd ſaltē de equitate tenebitur liber factus ad relicta legata a dño ſi ipſe liber fact' hereditatē adiuerit. aduer te tñ q2 quo ad ordinem preſtationis ſi immineret ratio falcidie z quedā legata eſſent relicta a ſeruo z quedā a dño p prius debe rēt ſolui legata relicta z ſine detractiōe falcidie ſi hoc fieri poſſit. de reſiduo vero qd ſupererit preſtabūtur relicta a dño de quibus tamen poterit detrahi falcidia.z ſic patet qd ex perſona ſerui ſu munt vires:q2 al's falcidia non detraheret.l.nenſenius.§.ſeruo. ſ.ad.l.falci.vbi caſus ſingularis in quo non fit ɔtributio omniū legatorū ſimul in eodē teſtamento relictox. ¶In gl.nā admiſſa. in fine.z ſic ſentit glo.qd tranſeāt in filium actiones vtiles z tre belliane.contrariū videtur ſentire glo.ſe.inquātum dicit quod filius remanet heres directo:z ſic penes eū remanēt directa iura Nam ſi ſic eſt debent ſibi ſufficere ille directe vt eſt caſus notabi lis in.l.ſi heres inſtitutus.ſ.ad trebel.Bar.tenet hic iſtam gl.§. ſi filio.hic allegato.z reprobat ſequentē q2 ſecundum eum directe actiones querūtur patri per.l.placet.de acqui.here.z per hoc nō ob.l.ſi heres.Ange.hic dicit qd opi.Bar.pōt eſſe vera tenendo opi.quā ſequit ipſe Bar.videlicet qd apud filiū remanet nudū nomē heredis non habēs cōcomitantiam directorū.Sed aliam tenēdo opi.q apud filium remanēt directe de quo dicet.ſ.ſuper glo.ſed vt patet videt etiā dicēdum oppoſitū.Ipſe tñ dicit etiā tunc poſſe teneri idem per.d.§.ſi filio.z reſpōdet ad.d.l.ſi heres qd hic loquitur qñ effectus directarū tranſiuit in partem etiam quo ad exercitium:q2 tunc neceſſe eſt cauſari in filiū vtilis.Sed vbi effectus directarū ab herede in fideicōmiſſariū nō tranſiret ſed ſolū tranſeunt vtiles tunc dicit de plano fatendū q ſi fiat re ſtitutio heredi ſufficient perſone directe que ſunt efficaces per re ſtitutionē nouiter factā z hoc ſecūdum eū vendicabit ſibi locum in hereditate ꝓfectitia.Si aūt eſſet aduentitia q2 tunc fili' rema net heres nomine z effectu non haberet locum queſtio.z q2 fidei cōmiſſum reſpectu proprietatis eſſet nullus.Sed aduerte q2 hic opinio Ang.non videtur bona q2 ſemper quando tranſeūt vti les videt tranſire effectus directarū.facit qd no.in.l.j.C.de act.z ob.per Bar.Item ex quo penes filiū eſſent directe ſ3 inefficaces tñ:q2 vtilis in ſubſidium a iure introducitur ex equitate:vt ple ne le.z no.in.d.l.j.deberet ſufficere filio q directe ſue ſumerēt effi caciam autoritatis trebellianice abſq eo qd introducātur vtiles per no.in tex.z glo.in.d.l.ſi heres.inſti.z idem deciſio huius vi detur pendere ex eo qd dicet ſuper.d.glo.ſed vt patet poſſes etiā dicere:z ibi tanget q iſta ſtant ſimul q filius dicatur heres cum nō habeat aliquas actiones directas vt voluit hic Cy.poſt Jac. de ra.nā aliud eſt hereditas aliud res z iura ipſius hereditatis. l.hereditas.ſ.de reg.iur.z.l.j.z.ij.C.de euic.z ibi melius de quo ſuper.d.glo. ¶In gl.ſed vt pater.ibi.l.qui hominē.§.j.z bene fa cit.l.ſi ſtatu liber a pene.§.ſi filius.de ſta.lib. ¶In ead.glo. ibi z caute tacet.de ſeruo.no.ex glo.duo.primo q principiū huius.l. vſq ad ver.deniq habet locum in filio z ſeruo:ſed ab illo v.vſq in finē.in ſolo filio.Contrarium tñ ſentit gl.in.l.quidam.§.ſi ſer uo.ſ.ad trebel.z illā ſequit hic Bar.z videt verior per verſiculū ac tunc demū.nā cum ibi ponam dictū pariter in filio z ſeruo ex quo poſtea in ver.deniq infert.licet actio fiat ſolum in filio forte gratia breuitatis.z quia facilius contingit filium effici ſui iuris q ſeruū effici liberū non tñ per hoc ſequit qd idē non debeat dici in ſeruo in quo eſt eadē ratio per dictū ver.ac tunc.z facit qd ha
6 betur in.l.j.C.de diuer.reſcrip.†Item no.ex gl.q filiuſfa.inſtitu tus etiā ſcdm hec iura remanet heres nomine:ſeruus nō.z iſtud

cōiter tenebant antiqui z ſequit Dy.z Ray.z etiam Cy.hic z p hac opi.etiā facit q2 non eſt dubium qd plus capacitatis habeat filius ſcdz hec iura q ſeruus qñ filius nō habebat aliquas actio nes ꝓprias quo ad proprietatē quas habebat ſeruus.l.filiuſfa.z l.in factū.ſ.de act.z ob.z.l.ſi longius.§.ſi.cū ibi no.per gloſ.ſ.de iudi.Bar.tñ hic tenet oppoſitū q ſolū nudū nomē ſit in vtroq. z mouet potiſſime:q2 filius acquirit patri directas hoc iure ſicut z ſeruus:vt in.§.alteri.inſti.de inutili ſtip.z.§.ſi quis alij.de ver bo.obli.z declarat duos effectus qui ſequūtur ex hoc nudo noie qui ſurgit eo ipſo qd quis eſt ſcriptus heres.Sed Ang.hic tenet cum glo.dicēs q filius eſt heres noie z habet directas l3 nō habet efficaces:q2 oīs effectus directarū trāſit in patrē.mouetur per.l. cui ſeru'.ſ.ſi quas omiſ.cau.te.z.l.ſi ſeru' cōis ab extero.de acq. here.Item per rationē q2 nomē heredis eſt directū ciuile z a iu re ciuili introductū.l.verbis ciuilibus cū ibi no.ſ.de vul.z pu.et habet etiā nouū effectū iuris etiam ſm Bar.q2 nō pōt fieri retor quitio cōtra ipſum ſeruū ſed eox que iuris ſunt ſerui nō ſunt ca paces.l.que teſtamēto.§.ſeruus.ſ.de teſta.z.l.qd obtinet.ſ.de re iud.Nec ob.ſcdm eū.l.placet.de acqui.here.q2 de ſolo emolumen to dicit vt voluit hic glo.z bene facit l3 non alleget.l.ſi ſtatuliber a pene.§.ſi filius.ſ.de ſta.libe.Itē nō ob.l.qui liberis.§.hec ver ba q2 intelligat qd ibi facit patrē heredē.ſ.quo ad emolumentū. z eodē modo reſpondet ad.l.qui in aliena.§.interdū.de acquir. her.z no.p glo.in.l.que ſub cōditione.de lib.z poſt.Itē nō ob.l. cū quidā.§.ſi ſeruū.ſ.ad treb.q pōt dici ſcdm eū qd ibi dñs nō de trahit trebellianicam ex eo:q2 ſeruus ſit heres:ſed ex eo q2 domi nus intelligitur grauatus vt dñs z heres factus per ſeruū.Not. etiā quod ille dr heres noie apud quem remanent directe vt not. glo.in.l.pro herede.§.pamp.de acqui.here.in glo.magna.z.ſ.ad trebel.l.extitiſſe.§.quia fatetur.vnde dicit q apud filiū remanēt directe que nō ſeparantur ab eo.Sed effectus directarū tranſit in patrē etiam quo ad exercitiū.vel ſecundū eū pōt dici quod nō tranſit effectus illarū directarū ſ3 potius noue directe ex qua cē ſentur de iure in patrē z ille erūt datiue.z ille que remanēt penes filiū l3 ſine effectu ſunt natiue.z hoc in effectu ſecundum eū eſt no men nouū dictū.z bene facit q2 iure non probat nec habet funda mentum niſi ab ipſo.ſeruus vero nō remanet heres directo:ſed ſolū remanet nudū nomen cū hac qualitate:q2 remanet ſcriptus heres:z in pſona eiuſdem debet impleri cōditio.l.qui heredi.de cōdi.z demō.Sed aduerte:quia tenēdo hanc partē melius poſ ſet reſponderi ad id qd dictū eſt de rationibus directis prout vo luit Cy.poſt Ja.de ra.quod filius querat directas actiones here ditarias patri z ipſe nihilominus remaneat heres noie:q2 aliud hereditas z aliud res z iura hereditaria.facit quod habetur in l.j.z.ij.C.de euic.z.l.iuramētū.§.vniuerſitatis.de re.di.z ſic ſtat qd votum heredis cadat in eo:z tamen directa iura hereditatis tranſeant in aliū.z fuit ſubtilis cōſideratio.z hec opi.ſatis eſt ſu
7 ſtentabilis tñ de iure veriorē puto opi.Bart.†Ex eo maxime q2 quo ad acquiſitionē fiendam patri per filium equiparantur re gulariter ſeruus z filius.inſti.per quas perſo.no.acqui.§.j.z.d.l. placet.z ſic in caſibus in quibus non reperitur diuerſitas ſtandū eſt regule:vt voluit gl.in.l.omnis diffinitio.de re iudi.z per hoc bene facit.d.l.qui in aliena.in fi.cum ſimilibus.de leg.nec ob.iſta l.quia imo potius facit ſi bene attendatur id qd habet in ver.ac tunc.ex quo infertur ver.ac deniq.vt.ſ.dixi.z voluit gloſ.in.d.l. quidam.§.ſi ſeruum.Item non ob.d.l.ſi ſeruus.z.l.ſi ſeruus cō munis ab extero.allegate per Ang.quia nihil faciūt ſi bene pon derētur.Item non obſtat ratio Ang.qua fateor quod nudū no mē heredis eſt illud qd cadit in ſeruo z ſimiliter in filio ſcdm hec iura.Et licet reperiat qñq habere plus capacitatis filius tamē in hac materia non reperitur.imo potius oppoſitum.vt.d.l.pla cet.z in.d.§.interdū.Item non ob.effectus iuris qui inſurgunt ex ipſo nudo noie.nam inquātum inſurgit effectus complemēti conditionis dicit eſſe potius effectus facti vt patet ex not.in.d.l. meuia.z.l.qui heredi.de cōdi.z demon.z rerū amo.in.d.l.placet Item inquātum ſurgit alius effectus qd nō fiat detractio iſte ha bent effectū demū ſeruo facto libero.quo caſu non eſt abſonū qd talis effectus ipſe ſit capax.Itē inquātum cōſiderat effectus qui inſurgit in.l.qui hominē.§.quidam.non eſt abſonū quod cadat in ſeruo cū ſeruus poſſit naturaliter obligari.l.ſi id qd.de condi. inde.z ſic eſt eadē ratio ſibi que in filio.Et ex predictis pōt infer ri ad deciſionē duarū queſtionū de quibus hic p Bar.Tu adde qd etiā ſcdm quālibet opi.videt q etiā ſeruus inſtitutus in caſu l.qui liberis.z hec vera ſi reperiat liber tpe mortis pupilli ſicut poſſit ſuccedere ex pupillari per.l.ſi ſolus.§.ſi.de acqui.here.per quā videt confundi opinio oppoſita. ¶Item adde in alia quod etiā ſcdm opi.glo.illius videt.l.ſi paterfa.ſ.de iure inſti.habere locū etiam in filiofa.put etiam tenuit glo.ſingu.in.l.ſi qs filiū.ſ. de acqui.here.z hoc ideo quia in illa.l.attendit potius an acqui ratur emolumentum hereditatis quā ſimpliciter nomē heredis nā cū emolumētum ſcdm oēs per filiū acquirat patri debet illa.l. habere locū etiā in filio.z hoc tenuit Pe.z Cy.poſt eum in.l.iij.

ad fi. de here. insti. ⁊ qđ dixi. §. secundũ vnã opi. filium esse heredẽ
nomine ⁊ nihilominus emolumentum hereditatis acquirit pa-
tri inducitur hic per Cy. ad. q. de vsufructuario ingresso mona-
steriũ vt vsusfructus. l. non extinguat. lʒ monachus nõ possit ha
here proprium: vt in. c. cum ad monasteriũ. extra de sta. regu. ⁊ in
8 aut. ingressi. de sac. san. ec. cum non sit absonum † qđ monachus
remaneat vsufructuarius noie ⁊ cõmoditas transeat in monaste
rium ⁊ sequi videt glos. in aut. excipitur. C. de bo. que libe. ⁊ per
glo. ⁊ doct. in aut. ingressi. ⁊ per canonistas in. c. in presentia. ex-
tra de proba. ¶ In glo. relictis. ibi ⁊ duo singularia. nã cum illa
pluralitatem importent sustinetur qđ adijciatur adiectiuũ plu-
rale ⁊ erit figura grãmaticalis sintesis minor. facit qđ habet in
c. forus. ad fi. extra de ver. sig. secus si esset vnum singulare quod
esset collectiuũ plurium vt est nomẽ capitulũ vel populus. nã tũc
sustinet etiam quod detur ei pluralitas: vt in decre. c. sancte cru-
cis. extra de rescrip. ⁊ ibi per Joan. an. in ver. si citari fecerint. de
quo ibi per Jo. cal. ⁊ hec faciunt ad questio. hic tactã per Dyn. ⁊
Bar. de eo qui donauit alicui vineã ⁊ fundũ fructibus plenã. nã
videt qđ solum debeat habere fructus fundi ⁊ non vinee ex quo
in singulari dixit plenam. contrarium tamen tenuit Dy. ⁊ Bar.
per. l. fructus pendentes. de rei ven. cum similibus. sed hãc deter-
minationem puto verã si fructus erãt pendentes in ipsa vinea.
secus si iam erãt collecti ⁊ sic non erant per. §. vinee. argu. huius
glo. ⁊. l. plautius. de au. ⁊ ar. le. nec ob. l. res. §. vxori. de leg. iij. quã
allegauit Bar. qđ in illa. l. illud cõtingit ꝓper dictionẽ vniuersa
lem omnẽ vltimo loco positam. nã ałs esset secus. d. l. plautius. et
illud etiã ibi no. Bar. ⁊ sic cum hic non adijciat dicta dictio vni-
uersalis erit secus. ⁊ sic ille. §. vxori a cõtrario sensu faceret ad op-
positum. ¶ In glo. pe. ibi ex volũtate ꝓsequitur opi. quã tenuit
prima glo. que non est vera vt patet ex gl. in. ij. expositione in ea.
gl. in fi. ⁊ ratio est qꝛ seruus est capax libertatis. ideo si illa simpli
citer relinquit videtur pure relicta. sed seruus nõ est capax acqui
sitionis bonorũ. ideo si ipso instituto roget dñs ei restituere vide
tur dilatũ tp̃s cũ erit liber secundũ vltimã opi. de qua in glos. iij.
in fi. ¶ In glo. fi. ibi ante restitu. si hereditas erit adita per here-
dem ante mortẽ fideicõmis. glo. reprobat per oẽs: lʒ idem qđ hic
voluerit in. l. filiusfami. ꝟ. eo. ⁊ in. l. a testatore. ꝟ. de condi. ⁊ demõ.
⁊ contra gl. videtur casus in. l. iij. ⁊ in. l. si in personã. C. de fideius.
⁊. l. cogi. §. idẽ metianus. ꝟ. ad treb. nec ob. iura hic alleg. per glo.
qꝛ in his hic decessit fideicõmissarius sine herede: vt ibi not. p gl.
que est huius contrariã. nec ob. ꝙ fideicõmissarius est heres effe-
ctus. l. si filius. §. qđ cum eo. ⁊ sic non deberet trãsmittere sicut nec
9 heres directe; quia non est eadem ratio † cũ etiã fideicõmissarius
vniuersalis habeat actionem ex testamẽto cõtra heredẽ: vt resti-
tuat: vt no. glo. in. l. ⁊ sine scriptura. C. ad trebel. ⁊ in. l. si legat⁹. ff.
3 vnde † põt reuocari delegatus etiã post li. cõte. sine causa. l. indi-
cium. ff. de iudi. & facit qd habet in. l. ante litẽ. & l. post litem. ff. de
procu. tũc procedit dictum Bar. qr sufficit qd quis primo venerit
ad actum per quem exerceat officiũ. secus si sit officium difforme
qd variatur ex precessu iudicij vt officiũ procuratoris. cũ per lit.
cõte. fiat pcurator dñs instantie nec possit reuocari sine causa idõ
tũc ad proccupationẽ requirit act⁹ cõtestationis: vt. l. plurib⁹. ff.
de procu. ¶ Itẽ adde quid iuris si agat de preoccupatiõe fienda
quo ad pignus pretoriũ vel iudiciale. nã recurrendum est ad no.
in. l. cum vnus. per glo. & Bar. de bo. auto. iu. pos. & facit ad mate
riã qd habet in. l. priuilegia. C. de priui. cred. ¶ In ead. gloss. ibi:
nulli debet. scdm hoc non videt posse agi: cũ nemo sine actione ex
periatur: vt. l. si pupillus. §. vel valeamus. ff. de neg. gest. Idõ Bar.
reprobat. sed saluari põt scdm Ang. ob hoc: qr permittitur de fa
cto agi quãdo in cõtestatiõe sperat nasci actio. l. si titius. ff. de ver.
4 ob. ¶ † In ea. glo. ibi: haberẽt actionẽ insolidũ. hoc dicere nõ est
absurdũ: vt patet in duobus reis. ¶ In ea. glo. ibi: qd est impossi
bile. Bal. dicit hoc esse verum in dominio irreuocabili: sed in do
minio reuocabili: seu reuocabilit er quesito dic non est absonum
qd duo sint domini insolidũ. & sic loquitur iste tex. & sequitur hic
Ang. sed mihi non placet: qr de necessitate ante reuocationẽ ha-
bemus considerare tempus tunc instans: quo tempore si dicim⁹
dominum insolidum non possumus dicere alium. l. pompo. §.
si is. ff. de procu. ¶ In ead. gloss. ibi: pro parte cuiq3 quesitum. li-
cet Barto. hoc reprobat: quia tunc non posset ab eo auferri ipso
inuito pars illa tamen potest saluari secundum Old. & Ray. qr
erit pro parte quesitum dominium tamen reuocatur. & sic sub cõ
ditione resolutiua si collegatarius prius cõtestabitur litem. l. iiij.
de serui. & pro parte collegatarij erit quesitum conditionaliter.
& sic sub conditione suspensiua si ipse preueniat collegatarium.
facit ad predicta. l. non alle. & l. sed si quis. ff. de vsufru. & l. si quis
ita hereditatem. de condi. institutio. propter tamen opin. vitan-
das tutius erit practicare prout hic voluit Barto. ¶ Extra glo.
materia preoccupationis inducitur per Dy. Ray. & Bal. ad. q.
de heretico qui origine erat marchianus: & ibi habebat bona: s3
postea transiuit ad ciuitatem Bononie: & ibi stetit per decenniũ
vltra. & ibi etiam habet bona. Si incohata fuit inquisitio cõtra
eum hic in ciuitate Bononie & postea per inquisitionem mar-
chie fuerit inquisitus: tñ in ɔdemnatione puenit inquisitor mar
chie: cum bona veniant confiscanda: vt patet in. c. cum secundu3
de here. lib. vj. quod attendi debeat processus inquisitionis Bo-
noñ. & sic bona veniant applicanda camere Bonoñ. & istud tenẽt
predicti doct. quia agitur de preoccupatione officij iurisditiõis
& sic sufficit primo incohatum processum Bononiensem quod
coadiuuatur & alijs rationibus de quibus hic per eos. Angel.
vero hic dicit quod preoccupatio nihil operatur in casu isto.
per ea que habentur in. c. per hoc. de here. in. vj. vbi videtur qd eo
dem tempore etiã per diuersos iudices põt procedi & inquiri: cũ
debeant cõicare processum & simul ferre sñiam. Et sic cõcordabãt
bene quidam. & ambo processus debent presentari Romano põ-
tifici qui pronũciabit vt sibi videbitur. & si diuisim tulerũt sñiam
erit nulla. si cõmuniter tunc vnu3 erit tẽpus sñie. & vnus videbit
tpis processus propter cõionem. & ideo scdm eum bona existentia
Bononie. applicabuntur camere Bononieñ. alia existentia in
marchia camere illus ciuitatis. Existẽtia vero extra dicta loca
vniuersali camere ecclesie applicabunt: cũ vniuersalis ecclesia sit
offensa. In hoc tamen submittit sñie canonicorũ. & bene facit. nã
de hoc tetigit Joã. an. in. d. c. cum scdm. de here. lib. vj. in nouella
ante glo. vbi recitat opi. Ricar. malũ. & cõtrariũ Joã. cal. & bene
5 facit. qd no. Bar. in. l. j. in vlti. q. C. de sum. tri. & fi. catho. ¶ † Et
aduerte ad vnũ qd de bonis heretici debent fieri tres partes: vt
refert Joã. an. in loco pealle. & patet in cõstitutionibus officij in
quisitoris vna pars venit applicãda officialibus inquirentibus
alia pars seculari iudici illius loci. Tertia pars d3 seruari pro
tuitione & conseruatione officij. ¶ Item aduerte qr. d. c. per hoc
nõ facit ad id qd alle. Ang. qr ibi dicit qd eps loci vbi inquisitor
inquirit põt etiã inquirere: sed debẽt adinuicẽ processum cõica
re. sed non dicit qd inquisitor Bonoñ. debeat cõicare pcessu3 cũ
epo vel cu3 inquisitore marchiano: licet eps marchianus debeat
cõicare cu3 inquisitore marchiano. & adhuc stare dicit dubitatio
predicta. ideo dic vt per Joã. an. in loco pealle.

Summarium.

1 ☞ Legatum non nisi semel debetur.
2 Quantitatis legate idem est iudiciũ vt de specie si vt species le-
getur.
3 Res & eius estimatio debetur si vtrunq3 legetur.
1 Plane si eadẽ. † Si circa idẽ corp⁹ multi
pliciter a testatore legat le-
gatũ non debetur nisi semel. secus si a diuersis testato
ribus. sed circa qualitatem vel genus pluries dabi-
bitur si de voluntate testatoris processit. & si res legata efficitur
mea ex alia causa eatenus valet legatum quatenus pro ea mihi
2 adest. h. d. vsq3 ad. §. si cõiunctim. ¶ † Item no. qd vbi quantitas
legatur vt species de ipsa vt specie est iudicandũ. ¶ Item nota.
pro cõsilio reddito per consultorem qui dixit ita credo esse de iu-
re vt illud importat ac si diceret ita consulo & dico. facit quod ha
betur in. l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbi. scdm Angelũ. ¶ In
glo. j. ibi. idem est. hoc intellige veru3 quando legatur species: s3
quando legaretur quantitas eadem: tunc videretur multiplica-
ri summa ex quo indiuisa vltima voluntate reperiuntur legata
facta: quia in testamento & codicillis: vt probatur in. l. quinqua
ginta. ff. de proba. & no. glo. j. in ver. ostendatur. & plene Bart. in
l. cum certum. ff. de adi. le. secus quando essent plures scripture q̃
loco huius reputarentur vt plura exemplaria: per not. in. l. sem-
pronius proculo. ff. de le. ij. Nam tunc etiam si essent diuerse quã-
titates non induceretur multiplicatio vt ibi patet. & per hoc pa-
tet quod Ange. hic male dixit. inquantum dicit quod si eadem
summa minor repetitur legata. primo intestamento deinde codi
cillis vel econtra quod devnica tantum intelligitur: licet scriptu
re sint diuerse. Quid autem quando apparent duo instrumenta
mutui de quinquaginta. dicit Ang. qd non videtur eadem sum
ma. intelligo quando diuerso tẽpore reperiũtur facta alias eẽnt
potius exẽplaria duo eiusde3 ministri. & sic vnica videretur quã-
titas. facit. l. seiu3. alias vnum. ff. de testa. Si autem quis esset de-
bitor in centu3 ex quo non adijcitur alia causa videtur in dubio
intelligi debere de centum ex causa mutui: per ea que habentur
in tex. & glo. in. l. triticum. ff. de ver. ob. propter dubia tamen vitã
da serua practicam Bar. hic. ¶ In gl. super ver. ostendatur. ibi:
quem variauit: de hoc an licitum sitvariare. dic vt tetigi in. l. si ex
toto. §. fi. ff. eo. & Bar. in. l. si de rebus. ff. re. amo. ¶ In glo. super
ver. emissam. in fi. an agi possit ad precium gl. fuerunt Dñe Bar.
3 hic concordat. sed adde qd tutius est seruare practicam gl. ex quo
Bar. dicit seruari posse: & sic petatur res ad finem vt sequatur
estimationem: vt no. in. §. si res aliena. insti. de leg. ¶ † Extra gl.
adde dictis Bar. inquantum dicit qd si legaturvni res & postea
eidem estimatio qd debeturvtrunq3. licet Dy. d. nam pro Dy. for
titer facit litera ista: inquantumvult qd si testator sepius legauit
eandem speciem licet constet euidentissimis probationibus qd
voluerit multiplicare nõ per hoc multiplicabitur: licet secus sit
quando legatur quantitas. Nam licet certum sit qdvoluerit mul
tiplicare quando legauit speciem videtur qd in effectu tũc videa
tur legasse rem & estimationem ex quo eadem res & estimatio le-
gatur ex quo eadem species seu res sepius prestari non potest: p
id quod habetur in. l. si pluribus. ff. eod. & sicvidetur quod hic sit
casus pro opi. Dy. sed potes sustinere dictum Bart. qd aliud est
quando diuersis personis legatur eadem res: & sunt re coniũcti.
Nam tunc ab ipso initio cuilibet res solida debetur. & solum fit
diminutio per concursum alterius: alias habebit totum ex iure
non decrescendi. l. j. §. si vero non omnes. C. de cadu. tol. ideo ni-
mirum si tunc facilius dispositio testantis sic expresse agat mul-
tiplicare legatum. & velle vtrunq3 insolidum prestare id opere-
tur qd vnus habeat rem & alter estimationem. Sed quãdo legat
eadem species sepius vni ab ipso principio vnica est orta tñ obli
gatio. ideo hic sic non faciliter inducit multiplicatio ex quo scdm
veritatem eadem res eidem sepius prestari non potest nec debet
tũcestimatio ex quo testator de illa non dixit ar. l. j. §. sinautem.
ad deficientẽ. ff. de cadu. tol.

Summarium.

1 ☞ Res si duob⁹ cõiuncti legetur ab initio partes legate cẽsent.
2 Conuentio realis inducitur ex diuersis testamentis.
3 Conditio tacita suspendere potest substantiam obligationis.
Si coniunctim. Cõiũctus in cuius pso
na quoquo modo cõsi
stit legatũ vel sperat ɔsistere facit partem ɔiuncto. h.
1 d. ¶ † Itẽ no. qd ibi cõiunctim legatur res duob⁹ ab
ipso initio videntur partes legate. & hoc pter naturã copule q̃
diuidit in partes. l. reos. §. cũ in tabulis. de duo. reis. & l. cui fun
dus. ad fin. de condi. & demonstr. & sic forte facit sñia Pe. & vltra-
mon. qd si testator dicat lego titio & seio fundum. s. cornelianum.
nõ dicant isti ɔiuncti re & verbis tñ. sicut si expresse dixisset lego
titio & seio fundum pro equis portionibus. l. si ita quis. ff. de he-
re. insti. & l. re coniuncti. ff. tit. ij. Bar. voluit euitare in. d. l. re con
iuncti. & d. l. cui fundum. dicens qd ab initio fiunt partes. s. ex mẽ
te testatoris & nõ ex verbis: sed certe hoc non videtur bene dictũ:
qr illud dicitur venire ex verbis quod ex vi verborum venit: vt
ex eoru3 significato. l. non aliter. de leg. iij. vnde ista responsio nõ
videtur bona: sed forte posset intelligi si velles tenere opi. suam
tex. iste in coniunctoverbis tantum quando legatur duobus ex-
primendo pro equis portionibus. Nam tunc dr cõiuncti legari:
vt patet ex. d. l. re ɔiuncti. Tamen qr etiam coniunctim dr legari
qñ id non exprimitur: vt patet ex. §. si eadem. insti. de lega. & videt
qd iste

qđ iste text. debeat intelligi etiā qñ partes nō exprimunt. ⁊ maxie
qꝛ alias nō haberet dubiū qñ partes fierent ab initio ⁊ sic iste tex.
fortiter facit pro Pe. de quo dicetur in. d. l. re cōiuncti. Exemplū
autē coniunctorū re ⁊ verbis clarū erit scđm omnes si dicat titio
fundū cornelianū. ⁊ seio eundeȝ fundū cornelianū do lego expres-
se vnicuiqȝ res assignat. ⁊ est vnitas rationis facit qđ habet in. l.
ij. ⁊. iij. ff. de duo. re. ¶ Itē not. qđ vbi plures sunt cōiuncti re tan-
2 tum: non ab initio non faciūt partes: sed per cōcursum. ¶ † Iteȝ
no. qđ cōiunctio realis induci etiā ex diuersis testamentis quan
do testamenta non censentur omnino diuersa: vt testamentū pa-
tris ⁊ filij. l. patris ⁊ filij. s. de vulga. ⁊ pupil. ¶ Item inducit etiā
si a diuersis heredibus relinquatur quādo non sunt omnino di-
uersi: vt est in pupillo instituto ⁊ eius substituto. ¶ In gloss. ab
initio in fi. intellige glo. sane: qꝛ idem si disiunctim quo ad hoc vt
vterqȝ legatarius habeat partes si alter cōcurrat ad legatū. si ta
men nō est per omnia idē: qꝛ quādo cōiunctim legat ab ipso ini-
tio fiunt partes: sed qñ disiūctim fiūt per cōcursum: vt dixi in no.
¶ In glo. ꝯcursum. in fi. hec glo. posset ꝓcedere qñ ipse pupillus
repudiaret. sed qñ ipse pupillus adiret: qꝛ tunc legatū deberet ex
persona pupilli nō ex vi repetitionis. l. si fundum sub cōditione.
§. pater. ff. eo. non procederet hec gloss. ¶ Et aduerte qꝛ facta fuit
hec glo. timore cōtrarij: qꝛ nō videbat qđ cōiunctio realis induce
retur quando reliquit in diuersis testamentis ⁊ a diuersis testa-
mentis. l. fi. s. de vsufru. accre. ⁊. l. si sub cōditione. qui. mo. vsufr.
amit. ¶ In glo. super ver. partem, ibi Azo. ⁊ Hug. Bart. hic te-
nuit opi. Ioan. per istū tex. ⁊ per. l. si dño. ff. eo. sed verior videtur
snia Hug. quo ad istū tex. primo per literā sed si. que videt esse cō-
munis litera. ⁊ ex quo est aduersatiua sine copula aduersitatis in
iure ⁊ in facto: vt no. in. l. ij. §. sed ⁊ fortius. s. ne quis eum qui in
ius vo. vi exi. Item qꝛ litera dicit concursu nos partes habere. ⁊
sic innuit qđ ab initio partes non fiunt sed deinde per cōcursum
alterius. Itē qꝛ alias non haberet dubiuȝ: vt dicit Hug. pro ista
parte est tex. expressus in. l. j. §. si vero nō omnis. C. de cadu. tollē.
Et hanc opi. tenet hic Bal. que fuit originaliter opi. Pe. quā se-
quit etiam hic Cyn. ⁊ Ray. Nec ob. iste tex. qꝛ imo facit prout est
dictū. ¶ Item non ob. l. si dñs sticho. ff. eo. qꝛ scđm Ang. ibi lega-
tum vtriusqȝ erat purū: licet legatū optionis nō haberet plenuȝ
effectū: nisi post electioneȝ. quasi velit qđ opi. Bar. procedit quā-
do sit vtriqȝ legatū purum: licet sint re tantū coniuncti. secus quā
do vni sit legatū pure alteri sub cōditione. sed certe hec sol. nō est
bona: qꝛ legatum optionis videtur habere tacitam conditionē.
3 facit. l. iij. ff. qui ⁊ a qui. † Et tacita cōditio videt suspēdere substā
tiam obligationis sicut expressa: vt not. in. l. itē qꝛ. §. de pac. ¶ Itē
⁊ qꝛ quādo vtriqȝ est legatū pure factum: casus est expressus in. d.
§. si vero non omnes. qꝛ ex quo sunt in re coniuncti: primo veniēs
ad solidum admittitur ⁊ alius demum facit sibi partem per con
cursum. vnde potes respondere ad. d. l. si dño. quia ibi habuit re-
spectuȝ ad effectum: qꝛ in effectu vterqȝ poterat habere partē: sed
non debet intelligi qđ prio venienti non debeat assignari totum
qꝛ esset contra casum. d. §. non omnes. Item secus videtur in he-
reditatibus: qꝛ cum ille qui semel esset factus insolidū heres nō
posset desinere pro parte ex facto testātis ipso iure. l. ei qui. ad fi.
de here. insti. ideo ibi dicit in re tantuȝ coniunctis videntur par-
tes ab initio fieri. ⁊ hoc etiam tenuit hic Pe. ⁊ sequitur Bald. ⁊
sequitur Ray. ⁊ sic de iure non videtur procedere opi. glo. in. l. ij.
hic alle. forte tamen propter autoritatem gloss. seruaretur in pra-
ctica. tamen moderamen Barto. ⁊ distinctio illius gloss. bene fa-
cit pro opi. Pe. in legatis.

Summarium.

1 Heredes si grauati sint de prestando corpus hereditarium
quilibet eorum pro hereditaria portione alterius capit.
2 Portio fratris exheredati an accrescat alijs fratribus.
3 Legitima filio debita que sit ⁊ quanta.
4 Ius accrescendi locum non debet inter coniunctos coniunctio-
ne legali.

SI duobus. Heres idemqȝ legatarius ab
initio nō facit partem collega-
tario. secus si collegatarius per mediā personā heres
fuit. ⁊ si a collegatario legatur heredibꝰ heredes ad-
mittunt pro hereditarijs portionibꝰ. h. d. ¶ No. ex ver. vide scđȝ
1 aliū intellectū. qđ † si heredes inuiceȝ grauant prestari corpus he-
reditariū quilibet capit pro hereditaria portiōe alterius: vt hic
2 patet in ver. vide. ¶ Extra inducitur iste text. per Dy. ad. q. † qđ
si tres fuerunt filij quorum alter fuit exheredatus. ⁊ dubitet quo
ta debet esse legitima aliorū. ⁊ per cōsequēs an portio exheredati
accrescat alijs. Nā iste tex. facit qđ sic licet. §. precedēs faciat in cō-
trariū. sȝ Dy. tenuit primā partē per id qđ habet in. §. si legitimo
rum. in aut. de na. li. cu. depu. coll. iiij. quē tamē titulum pauci li-
bri habent. Bart. tñ aliter dixit in. l. pater filiū. s. de inoffi. test. in
repetitione illius. l. Nam dixit dictum Dy. procedere quādo illi
alij duo filij essent vniuersaliter instituti. ⁊ tractaret forte de legi-
tima ⁊ trebellianica qꝛ essent grauati forte de restituendo. secus
scđm eū si fuissent instituti in re certa ex eo qꝛ inter cōiunctos con
iunctione legali non est locus iuri accrescendi in proprietate qñ
non agitur de hereditate. l. ⁊ proculo. ff. ti. j. licet secus in heredita
tibus ne quis pro parte habeat heredē pro parte non. l. si seruus
cōis ab extero. cum ibi not. de acqui. here. isti autē sunt cōiuncti
cōiunctione legali: cum ex legis dispositione ad legitimā vocent.
¶ Item veniūt ad quartā bonorum non hereditatis: vt patet ex
3 his que habent in. d. l. pap. §. quarta. s. de inof. test. † Nam legiti-
ma est tertia bonorū deducto ere alieno. ⁊ sic nō est portio heredi
tatis. facit qđ dictū fuit in. l. non amplius. s. eod. Ideo portio ex-
heredati tunc remanebit penes institutū. Nec ob. qđ habetur in
l. qui repudiātis. de inof. test. qꝛ ibi loquit in querela: per quā re-
scindebat testamentum. ⁊ sic euacuabat portio hereditatis ideo
locus erat iuri accrescendi in ipsa querela. hic in iure agendi ad
supplementū qđ datur ad quotā bonorū nō hereditatis: vt. s. di
ctum est. ⁊ per hoc etiam non ob. si dicat qđ ius agendi ad supple
mentum subrogatur loco querele. ⁊ sic sapere debeat eius natu-
ram: qꝛ non subrogatur ad idem sed ad aliud vt patet ex ꝑdictis.
ideo nimirū si sapiat diuersam naturā. arg. l. cum fundo. §. si fun
dus. s. de iu. do. ⁊ no. per doct. in. l. j. §. hec actio. ff. si quis test. lib.
esse ius. fue. Sed Guli. de cu. simpliciter tenuit opi. Dy. in aut. no
uissima. C. de inof. test. qꝛ exheredatus habet pro mortuo. l. j. §. si
pater. ff. de cōiun. cū emā. libe. Bal. ⁊ Ang. hic recitāt opi. Guli.
⁊ nihil approbāt. Sed ad istud vltimū potest responderi: vt vo-
luit Bar. in. d. l. pater filiū. qđ exheredatus habetur pro mortuo
quo ad se: sed non simpliciter cum tractetur de eius portione cui
accrescere debeat. nam si non esset in rerū natura: tunc non veni-
ret per viam accrescēdi. secus est quādo est in rerū natura: vt. d. l.
qui repudiātis. Tamen forte posset defensari ex alio capite opi.
Dy. primo qꝛ sapere videtur iniquitatem qđ portio vnius exhe-
redati vadat potius ad extraneū institutū quā ad cōfratres qꝛ si
in querela est locus iuri accrescendi. eadem ratione videtur qđ
sit etiam in hoc locus iuri agēdi ad supplemētū qđ eius loco sub-
rogat. Nec ob. qđ inter cōiunctos cōiunctione legali non debet
esse locus iuri accrescendi: qꝛ qua ratione cōcedebatur qđ in que
rela esset locus iuri accrescendi inter tales cōiunctos: cum tamen
ex hoc nullum absurdum sequeretur si non habuisset locū qꝛ nō
requirebatur: alias reperiebatur qđ testator nō semper haberet
heredem. nam tunc ius tolerat etiā qđ ex postfacto quis habeat
heredeȝ pro parte ex testamento. ⁊ pro parte abintestato. l. circa.
de inoffi. testa. Ex quo ergo erat locus iuri accrescendi in querela
nulla ratione necessaria vrgente. ⁊ hoc cōtiingebat solum ꝓpter
talem cōiunctionem sanguinis. ergo eadē ratione dicam in isto
iure agendi ad supplemētū. Scđo inducitur ad. q. si sunt quinqȝ
filij quorum vnus est exheredatus: an legitima erit semis seu di-
midia: an vero tertia. Dy. hic dicit ad. q. dubitabileȝ magis quā
proximā preced. qꝛ hoc casu propter personam exheredati tracta
tur de augenda portione aliorum. Guli. in. d. auten. nouissima
tenuit qđ esset tertia: qꝛ exheredatus habetur pro mortuo: vt di-
xit Bald. hic nihil alle. vbi Barto. in. d. l. pater filium. voluit qđ
esset semis seu dimidia: qꝛ licet exheredatus habeatur pro mor-
tuo quo ad se: non tamen simpliciter: cum habeamus tractare de
portione sua cui accrescat: qđ non esset si omnino non esset in re-
rum natura. ⁊ istud mihi placet. Nunquid autē quinta pars ac-
crescat alijs. patet ex predictis. ¶ Quid autem si quintus filius
esset fratrer minor. tenuit Guli. qđ omnino teneatur pro mortuo
nam videtur iste ciuiliter mortuus ex quo funditus est incapax.
facit qđ no. Barto. in. l. j. s. de testa. ⁊ qđ no. in cle. exiui. de verbo.
signifi. ¶ Quid autem si quintus filius repudiaret partem suaȝ.
tūc dicit qđ accrescit alijs. Tamen scđm Bal. est dubium si dica-
mus habere locum ius accrescendi inter istos tanquā cōiunctos
cōiunctione legali. ⁊ hec sunt vtilia scđm eum ad id qđ quotidie
contingit: qꝛ sepe filie quādo traduntur nuptui renunciant here
ditati paterne ⁊ eorum legitime. Nam potest dubitari ad quem
spectabat portio filie ⁊ aliter non decidit. Sed in hoc an sit locus
iuri accrescendi vel non. tetigi. s. Tamen cum filia recipiat dotē
videtur illud succedere loco sue portionis. nisi forte dicas q dos
non ascendit ad totam ratam sue legitime. Nā tunc in eo qđ esset
vltra procederet. d. q. ¶ Quid auteȝ si statutū dicat qđ filia dota
ta non succedat. cū sint quatuor filij. ⁊ an legitima censebitur di-
midia an vero tertia. Ang. hoc tetigit ⁊ cōcludit qđ propter per
sonā filie seu partē eius impugnabitur portio aliorum. videtur
tamen hoc procedere quando essent tres filij ⁊ filia: qꝛ illi tres fi-
lij habebunt integram tertiam. nā legitima est tertia portio eius
qđ quis haberet abintestato. ⁊ sic cum isti tres totū haberent ab
intestato: erit tertia totius. Sed in casu predicto quādo sunt qua
tuor ⁊ filia: adhuc dicit idem ex quo numerus masculorum non
ascendit ad quintū alle. qđ not. in. l. pap. §. si cōditioni. in ver. vn-
de si quis. ⁊ qđ ibi not. in ver. sextans. de inof. test. ⁊ istud videtur
satis tolerabile: ex quo statutuȝ priuat filiam successione. ⁊ sic nō

potest dici sibi deberi legitima. cum sit portio eius qd quis haberet abintestato. et sic deberetur sibi dos quodammodo tanq es alienum. ¶ Ite inducitur ad q. si filius instituit matrem in aliqua re non facientem legitimam. et instituit extraneum non turpem personam. et preterijt fratres vtrinq coniunctos. tenendo hodie qd legitima ascendentium sit aucta ad tertiam quota erat legitima huius matris. Si ponas duos fuisse fratres. nam videtur qd ex quo fratres sint exclusi sic tertia totius. et ipsorum portio iuri accrescat per. l. qui repudiantis. cu si. preall. et sic tenuit Hug. disputando. Bal. hic dicit se dubitare: qz si essent sex fratres mater abintestato habuisset septimam partem. et modo habebit tertia totius. qd est absurdum. qz sm hec imputabitur testatori cur fecit testamentum. contra. l. posthumus. in prin. ff. de inof. te. qz legitima est tertia eius qd quis hodie haberet abintestato et olim quarta. d. l. papi. §. quarta. et C. de inof. test. l. cum queritur. et sic videtur quod non possit esse tertia totius. et hanc partem tenet hic Ange. Tu adde qd hanc. q. Bar. clarissime posuit i repeti. l. pa
4 ter filium. et idem in effectu tenet contra But. et potissime† qz inter coniunctos coniunctione legali non est locus iuri accrescendi vt. s. tetigi. et qz inter succedentes non est locus iuri accrescendi. l. sed cum patrono. de bo. pos. Sed mater hodie venit ad tertiam. fratres ad quartam tantu. et etiam hodie: qz sm coem opinion est aucta quarta transuersalium. iuxta no. in aut. nouissima et in corpore vnde sumitur. et sic veniunt diverso iure: ergo et c. Sz certe si ponderetur questio non videretur habere magnu dubiu: qz tunc demum tractamus de iure accrescendi quado ius de quo queritur a principio fuit radicatum in persona alicuius: sed illo ex post facto in effectu priuatur. Naz tunc proprie dicitur portio sufficere. Sed vbi ab ipso initio quis non vocatur ad aliquam partem aliquo iure no est tractandum qd portio que nunq fuit alicui attributa alteri debeat accrescere: sed certuz est qd isti fratres in casu predicto nullo modo fuerunt vocati ad aliquid cuz eis non competeret querela ex quo turpis persona non fuit instituta. l. fratres. C. de inof. te. ergo frustra dicitur quod portio ipsorum tanq deficiens accrescit matri. et sic cessat ratio Hu. Et sic stare debemus i regula qd legitima est tertia eius quod quis habiturus erat abintestato. ¶ Ultimo all. iste. §. in ver. vide per Bal. quod si villa emit certum territorium pro domibus edificandis quod ille plus debet habere de territorio q plus soluit p emptione. Nam ex quota oneris presumere debemus quota honoris et emolumeti: vt hic colligit secundu vnu intellectu. potes etiam addere dictis Bar. inquantu limitat hunc. §. sis. et Ang. post eum qd procedat in iure no decrescedi. et sic qn erat coniuncti re tm vel re et verbis. sed secus si fuissent coniuncti verbis tm: qz tunc heres haberet ius retentionis in casu prin. huius. §. per. §. si. ff. e. l. et. l. lucius. in prin. ff. ad treb. Sed ista limitatio non placet per tex. istum qui indistincte loquit. et quia stat ratio hic posita indifferenter. Nam ex quo inutiliter est legatum. et si deficit portio dz spectare ad collegatariu ex quo aliquo mo est coniunctus ex. d. reg. l. re giuncti. ff. de lega. iij. Nec ob. iura all. per Bar. qz ponunt casum omnino diuersum et nihil penitus faciunt: vt patere potest subtiliter intuenti.

Si ita titio. Si in alternatiua referantur verba executiua ad legatariu eius erit electio. h. d. ¶ No. qd vbi alternatiua cadit inter totum et parte que gsistit in spe stat pprie. et tribuit electione legatario. secus qn caderet inter summas: qz tuc minor censet esse in legato. l. si ita relictu. §. si. ff. ti. j. et. l. si ita stipulatus fuero decem aut. xv. de verb. obl. ¶ In glo. sup v. si ita. ibi speciale. hoc veru qn verba executiua no eent relata ad aliqué: vt no. in. l. lucio. ff. titu. j. ¶ Sed aduerte qz videtur qd verbu habere no importet electione ipsi legatario: per ea que habentur in. l. qui concubinam. §. j. ff. de leg. iij. Cogitabis p solutione.

Sed et si quis. Pars fundi dicitur fundus si deme te legantis appareat. h. d.

Si heres. Interitu speciei sine culpa heres liberatur. hoc dicit.

Summarium.

1 ¶ Exceptio obscura habetur pro nulla.
2 Excipere obscure et non excipere paria sunt.
3 Dispositio simplicium non comprehendit mixtum.
4 Qualitates due si simul concurrant vtraq suum effectum habere debet.
5 Dictiones si et cum non differunt.



Iti e textores. Si duob9 diuerse spés participat de vtroq debent siue fuerit excepti q pue no excepti. secus si clare fuerit excepti. h. d. ¶ Et p mo loquitur quando legauit testator et legando excepit obscure. Secundo quando legauit et nihil excepit. Tertio quando legauit et excepit clare. secunda ibi: hec enim. tertia ibi: qd si hoc. ¶ Et premitte qd quidam erat serui textores tantum. quida verne tantum. quidam verne et textores. licet glo. j. aliter hic dicat et
1 non bene scdm doc. ¶ † No. qd exceptio obscura habetur pro nulla. et dicitur obscura scdm Bal. post Jac. de are. quando non po
2 test clare et bene intelligi. facit. l. j. ff. de his qui in test. dele. ¶ † Et ex hoc etiam no. qd paria sunt non excipere vel obscure excipere. facit. l. scire oportet. de excu. tu. et qd habetur in cle. cstitutionuz. de elec. Et sic facit scdm Bal. ctra comunem practicam aduocatoru qui proponut certas exceptiones et postea subijciunt qd omnes alias sibi competetes obijciunt. nam predicta clausula nihil videtur operari ex quo non apparet specifice de qua exceptione sit sensuz. pro quo optime facit. d. l. scire oportet. et sic facit qd post terminu proponendi exceptiones non possit declarari alia vi dicte cle. facit qd no. glo. extra de excep. c. pastoralis. et qd not. Bar. in. l. j. ff. de excep. potest tamen prodesse scdm Bal. et Ang. qz operatur qd non videatur se astrinxisse ad exceptiones propositas. et ideo poterit alias proponere infra terminum. facit qd habetur in. l. licet non alleget in. §. qui autem. insti. de excu. tu. et in. l. propter litem. §. j. ff. de excu. tu. et. l. diuus. de re iud. Et scdm hoc videtur qd si pars ctra testes excipiat qd corrupti falsum dixerunt: licet se videatur astringere tunc ad probandum vtrunq: vt dicit Dyn. tamen hoc verum erit nisi sit additum qd proponit etiam omnes exceptiones alias sibi cpetentes. ¶ Item not. scdm Cy.
3 Dy. et Ang. qd† dispositu de quolibet simplicium per se no comprehendit mixtuz etia in materia fauorabili. de quo remittit ad not. in. l. j. in prin. de verb. ob. Sed certe hic potius probatur oppositum: vt patet ex prin. huius. l. Nec obst. finis: qz ibi exceptio erat clara et habebat voluntatem testatoris certam vt comprehe deretur mixtum. Item facit scdm eu qd si quis legat podere suu exceptis vineis in eo cosistentibus: qd totum erit legatarij si nulle vinee ibi erat: qz exceptio que nil inuenit qd excipiat nihil operatur. l. si quis legauerit. ff. eo. ¶ Extra glo. inducitur per Cyn. et Ray. ad. q. si papa cassauit omnes ordines mendicantium a tanto tempore citra. an intelligatur cassasse qui partim viuit ex mendicitatibus et partiz ex possessionibus. vt est ordo sancte Marie seruorum. vel si cassauit omnes ordines mendicantium exceptis predicatoribus minoribus et heremitanis Augustini. prout tangit hic Cyn. et finaliter cocludunt attendendum qd preponderat an mendicitas an alia pars. arg. l. queritur de sta. ho. Quid autem si pariter se habeant in vtroq nil dicunt. sed forte senserunt comprehendi per hanc. l. Sed contrariu videtur verius: qz cum agatur de actu preiudiciali videtur stricte debere fieri interpretatio: vt sub simplici non comprehendat mixtu. arg. l. vim passaz. §. prescriptione. de adul. Nec ob. iste tex. qz loquitur in legato qd est fauorabile. et de facili ampliatur. l. in testamentis. ff. de regu. iur. ¶ Ite in ordine predicatoru seruorum videtur clarum: qz re vera non sunt mendicantes ex regula. nec ex constitutionibus. Mendicantes aute proprie sunt qui ex regula aut ex constitutionibus mendicant vt est text. in. c. j. de reli. do. lib. vj. et sic proprie non dicuntur mendicantes: licet de facto mendicent: vt not. Joa. an. in
4 d. c. j. ¶ † Ultimo dicit hic Bal. per hunc tex. qd quado due qualitates possunt simul cocurrere vtraq habet suum effectum. et sic facit scdm eu qd si deputatus est aliquis iudex in causis pupillorum. et alius iudex in causis. x. libraru infra qd si erat causa vna x. lib. pupilli qd vterq erit iudex et preoccupationi erit locus: sed forte de iure videtur qd solum iudex deputatus pro causis pupillaribus: qz alia videtur deputatio vt species: alia vt genus. arg. l. seruus. §. si. ff. de leg. iij. pro Bal. tamen facit qd no. Barto. in. l. j. C. de offi. prefect. vrb. vbi dicitur qd si eligitur nouus officialis pro dannis datis: qd non propterea tollitur potestas potestati per illa. l. sed forte illa. l. potius pbat oppositum: qz ibi prefectus vrbis no poterat cognoscere de questione annone ppter speciale deputatione prefecti annone: nisi fuisset extensio illius. l. Adde tamen circa hoc qd idem not. Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver. non obstantibus. na in dicto casu non forte se habuit vt genus et species: sed vt excedens et excessa. quo casu habet locu theorica Barto. in dicta extrauag. ad repri.

5 **Nihil differt.** † Inter si et cum non est differetia qn ponunt inter personas. et si quatitas deberet respectu speciei per interitu speciei debitor liberat. h. d. ¶ Ultimo adde dictis Bart. inquatu videt velle indistincte qd qn dictio et: vel cum: ponunt inter res sit differetia in modo coniungendi. Nam hoc dz intelligi qn sunt tales res quaru vna accedit alteri vt peculium seruo vel instrumentum fundo. facit qd habetur in. l. j. et. ij. de pecu. le. et. l. si cui. ff. de fun. instr. Secus si essent res quarum vna non accederet alteri: vt si legatur equus cum libro: qz tunc eade est ratio sicut qn ponit inter personas: vt voluit hic Cyn. et Bald. post eum. facit qd not. in. l. iij. ff. eo. et in. l. iij. C. si penden. app. mors interue. ¶ Item adde circa intellectum prin. l. et maxime. l. seruis vrbanis. §. si. de leg. iij. quod quando omnes serui

serui testantis sunt verne ꝛ omnes similiter textores. ꝛ tunc clarum qꝺ si vni legatur verne. alij textores: sunt cõmunes. facit qꝺ habetur in. d. §. fina. per glo. Aut aliqui sunt verne tãtum. ꝛ alij textores tantum ꝛ non verne. ꝛ hoc casu etiam clarum qꝺ quilibet habet suum sublegatum. Aut omnes sunt verne non tamẽ omnes textores sed aliqui: ꝛ tunc istud nomen verna se habet vt genus ad speciem. alias ad textorẽ cuꝫ in plus se habeat. et ideo ille cui legate sunt verne habebit vernas non textores. cum species detrabat generi: vt. d. §. fi. aut econtra omnes sunt textores sed non omnes verne sed aliqui: ꝛ tunc hoc nomen textores habet se vt genus ad vernas. cum textoruꝫ quidam sunt verne quidam non. ꝛ ille cui legati sunt textores non habebit vernas licet illi sint textores. Aut sunt aliqui verne tantum aliqui textores tantum aliqui verne ꝛ textores: ꝛ tunc iste est proprius casus huius. l. quia videntur esse tres diuerse species. quarum tertia participat de vtraqꝫ. ideo tunc habet locum principium huius text. dicta. l. seruus. §. fina.

Summarium.

1 ☞ Eligere meliorem non potest is ad quem spectat electio.
2 Testatore legante vas argenteum heredis erit electio.
3 Legatarius cui per testatorem relicta est electio an possit eligere meliorem.

Legato generali. In legato gñis electio est legatarij vt mediocrem eligat: sed si testator sensit de certo electio est heredis. h. d. ¶ † No. qꝺ ille ad queꝫ spectat electio
1 non potest eligere meliorem. de quo in glos. ¶ † Item no. qꝺ vbi
2 testator legat vas argenteum videt electio esse heredis ꝛ non legatarij. facit quod no. Bar. Dy. Cy. in. l. si domus. in prin. ff. eo. ꝛ Dy. in. c. in obscuris. de regu. iu. in. vj. vbi plene de materia huiꝰ l. ꝛ qꝺ etiam no. Bart. in. l. iij. ꝛ. iiij. ff. de vi. triti. ꝛ oleo le. ¶ In glo. j. in fi. sed si legatarij est electio quare non potest eligere pessimum ꝛ sibi preiudicare: dicit hic Ange. qꝺ non potest ex vi legati. cum mediocris intelligatur esse legatus per hunc text. sed bene posset eligere si consentiret heres. cum creditori volenti possit solui aliud pro alio. Et ex hoc infert qꝺ si heres nollet soluere pessimum: sed legatarius eliget qꝺ non cõpelleretur ipsum soluere: sed forte posset dici qꝺ in hoc prin. non dicitur ad quẽ spectet electio. ꝛ sic forte sensus litere fuit qꝺ propter electionẽ que competit in legato generis non potest eligi optimus scꝫ per legatarium qñ electio spectat ad eum facit. l. fi. §. j. C. cõmu. de lega. nec potest eligi pessimus. s. quando electio spectat ad heredem. facit qꝺ habetur in. l. si heres generaliter. ff. eo. ꝛ qꝺ no. ff. eo. l. apud iul. §. scio. Et ideo cum in fauorem legatarij sit qꝺ de mediocri intelligatur videt qꝺ ille mediocris intelligatur quem ipse eligit pro mediocri. licet re vera sit peior mediocri: vt in. d. §. si quis agens. insti. de act. ꝛ qꝺ no. per glo. in. l. j. s. de condi. ob cau. ꝛ qꝺ etiam no. in. d. §. scio. ¶ In glo. ij. ibi. §. si domus. Not. bene hanc glos. inquantũ allegat hanc. l. qꝛ sentit vnũ intellectũ in. d. l. si domus qꝺ etiam si testator non senserit de certa domo electio sit heredis qui verisimiliter minimam. facit qꝺ habet. ff. eod. l. apud. §. scio. Alium tamẽ intellectum posuit glo. vt in. d. l. si domus scꝫ qꝺ ibi senserit de certa. que tamen cõmuniter non approbatur. Et que sit ratio inter seruum legatũ ꝛ domum. colligitur ex hac glos. qꝛ quantumcunqꝫ domum habet est vtile: sed non. sic in quolibet seruo. facit qꝺ habetur in. l. si quis. §. j. de edili. edi. Bart. tamen in. d. l. si domus. posuit aliam rationem de qua ibi per eum sed Dy. in. c. in obscuris. videtur sequi hanc glo. facit quod no. glo. in. l. fideiussorem. s. manda. ¶ In ea. glo. ibi: si quis argẽtum. §. ij. hec. l. aliqualiter facit contra: quia ibi quantitas videtur esse in obligatiõe. ꝛ sic videtur res debere reduci ad minimum: per l. minimus. de lega. iij. ꝛ not. in. l. fideiussorem. s. manda. sed dic quod ibi ex iuris dispositione illa quantitas redigitur ad speciem secundum Dy. ideo intelligitur de mediocri: vt in regu. in obscuris. Sed certe cuꝫ ibi loquatur de fundo in quo est vtilitas quemcunqꝫ fundum debitoris habuerit debet intelligi de minimo. Unde potes dicere speciale in casu illo: quia cũ fauetur donationi in vno vt redigantur prestando quantitatem ad speciẽ ꝛ alio grauetur. argu. l. eum qui. s. de iureiurando. ¶ In eadẽ gloss. ibi: in. l. quesita. ista. l. non facit. ideo alle. melius vt hic per Dy. ꝛ Bar. sed hic occurrit dubium an possit legatarius eligere meliorem vel heres peiorem. ꝛ tene secure qꝺ debet eligi mediocris per legatarium. saluo eo quod dixi. s. super gloss. j. quia ratio est: quia satis facit. l. quod in dubio dat electionem legatario contra regulam. l. plerunqꝫ. in fi. de iure do. ideo ipsa. l. que dat electionem legatario limitat talem potestatem: vt hic in princi. huius. l. ꝛ similiter heres non potest eligere pessimum. l. si heres generaliter. ff. eo. ne alias quodammodo faceret legatum inutile. et adde omnino quod nota. gloss. in. l. heres. §. si vt incerto. fa

3 mil. herciscun. ¶ † Quid autem si legatario expresse relinquatur electio per testatorem. an poterit eligere meliorem. gloss. ꝛ doct. communiter tenent quod non. de quo in. l. secunda. de opt. leg. Sed Ruge. voluit contrarium ibi. ꝛ idem sensit gloss. in. l. fina. §. j. C. communia de lega. Et sequitur hic Cy. Potes cõcordare opi. qꝺ si testator habebat seruos in patrimonio procedat opi. Ruge. ex quo testator dedit electionẽ expresse. nam videtur sensisse de verbis suis ꝛ non de alijs facit quod not. s. eo. l. serui electione. ꝛ per glo. ꝛ Bart. Bal. ꝛ Ange. in. l. j. ꝛ. iij. ff. de vi. triti. et oleo le. Nam in dubio non debet recedi a verbis si alia ratio nõ suadeat oppositum: vt not. doct. in. l. non aliter. de lega. iij. Non ob. d. l. ij. quia licet videat parificare optionem etiã expresse datã vel tacite quando legat homo in genere. debet intelligi qñ parificatur in substantia: qꝛ vtrobiqꝫ cõpetit electio. sed non debet intelligi facta parificatio in qualibet qualitate. arg. eorum que dixi in. l. si quis cum filio. in prin. s. eo. ꝛ que habẽtur in. l. si cui serui. §. j. ff. eo. per glo. ꝛ Bar. ꝛ pro hoc quia facilius limitat. l. suam dispositionem quã dispositionẽ hominis. facit qꝺ no. per glos. et doc. in. l. fi. C. qui po. in pig. ha. Si autẽ haberet seruos in patrimonio: quia tũc electio data est nimis vaga. ꝛ per electionẽ posset generari nimis magnum preiudiciuꝫ heredi. ꝛ ideo tunc restringitur vt mediocrem debeat eligere. ꝛ sic possit intelligi opi. glo. ar. eorum que no. per glo. in. d. §. si incerto. Nec ob. predictis l. fi. §. j. C. cõmunia de lega. qꝛ imo potius facit pro. nam ibi ideo debet eligere mediocrẽ: qꝛ non erat pure legata optio legatario: sed legatus seruus quem titius eligeret. ideo qꝛ lex ibi dispensat fauore legati: qꝺ titio non eligente transferatur electio in legatarium contra. l. fi. C. de contrahẽ. emp. ideo in alio grauet legatarium qꝺ debeat eligere meliorẽ. ar. l. eũ qui. s. de iureiurã. ¶ In ea. glo. l. si duo. ꝛ in casu illo potest etiã eligere meliorem. licet expresse non sit data electio: qꝛ non erant nisi duo. alias non posset cadere electio sm Dy. ꝛ Cy. ꝛ sic secus videretur quando essent plures ex quo expresse non esset data electio. ex hoc etiam videt qꝺ si legatur seruus in genere si duo tantũ sunt in patrimonio testantis poterit eligere meliorem. ¶ In ea. glos. in fi. de domo et fundo dicatur. ff. eo. in. l. si domus. Et circa intellectũ. l. si ita scriptum est. s. eo. pondera princi. huius glo. Bar. autẽ dicit hic qꝺ ibi verba fuerunt taliter cõcepta qꝺ non potest transferri electio in legatariũ. Adde qꝛ ibi aptitudine ꝛ actu videt vnum solum esse in legato: vt dixi in. l. qui duos. s. eo. Credo tamẽ qꝺ in casu illius. l. si testator legasset centum. ꝛ postea legasset seruum in genere quod si seruus mediocris cõmuniter non valet centũ. imo multominus. qꝺ in effectu remanebit legatum factum de seruo in genere: quia illud censetur minus respectu alterius legati: vt si testator habet seruos in patrimonio erit electio legatarij. ꝛ poterit eligere mediocrem. ꝛ sic non debebitur minus simpliciter. ¶ In glo. cogitauit. ibi: ex benignitate ꝛc. imo etiam de iure valebit legatum. Nec obst. dicta. l. si duo. quia ibi erat incertitudo personarum. hic autem sola recitudo rerum. ideo facilius sustinetur legatum: quia res sub re. quantum ad effectum cõtinetur non persona sub persona: vt dixi in dicta. l. si quis. ¶ In ea. glo. ibi videtur legatarij. imo est heredis per hunc textum. ꝛ per no. in. l. si quis a filio. §. j.

Summarium.

1 ☞ Actio pro legato inter heredes diuiditur.
2 Legatarij non possunt legatum diuidere.
3 Seruitus quando extinguatur.

1 Legatarius. † Actio pro legato diuiditur inter heredes ideo potest vnus agnoscere alter repudiare: licet defunctus non potuerit. ꝛ non censetur esse legatum si repudietur. h.
2 d. cum. §. se. ¶ † No. qꝺ licet legatarij non possint diuidere legatum. tamen heredes possunt. ratio qꝛ in legatario est vnica obligatio. ideo non potest scindere. l. neminem. ff. ti. j. Sed inter heredes est diuisa per. l. xij. tabularum pro hereditaria portione. l. j. C. si certum peta. ideo tunc heres qui partem suam repudiat nõ dicitur diuidere. imo totum ius suum repudiare pro tanto admittitur. secus si vellet partem partis sue acceptare ꝛ partem re-
3 pudiare: vt dicta. l. neminem. ¶ † Item no. quod ita demum extinguitur seruitus quando quis est dominus irreuocabiliter vtriusqꝫ predij dominantis ꝛ seruientis: secus si reuocabiliter. facit quod habetur in. l. in bello. §. si quis seruum. de capti. ꝛ in l. ex sextante. §. latinus. ff. de exceptione rei iudicate. ꝛ quod dixi in. l. prima. ꝛ in. l. si pluribus. s. eodem. ¶ In gloss. ij. ibi: si res legata sit. est ratio communis: quia non debet variari conditio ex persona heredis: vt possit prestare rem vel partem rei aliam quam potuerit defunctus. quod posset contingere in obligatione indiuidua saltem quo ad solutionem: vt ibi patet: sed quando alia res vel pars non prestatur: tunc non est in-

conueniens qđ immutetur qualitas obligationis: vt possit heres qđ non potuerat defunctus: vt est videre in obligatione omnium respectu diuidui. puta respectu speciei vel quantitatis. facit quod habetur in. l. si stipulatus. §. j. ff. de solu. Et adde quod in casu huius princi. non est locus iuri accrescendi: cum isti heredes sint coniuncti coniunctione legali: vt no. Barto. in. l. re coniuncti. ff. de lega. iij.

Summarium.

Cum seruus. Seruum existentem in fuga aut peregrinantem in longinquo debet heres prosequi suo sumptu. ⁊ debet legatario tradere. hoc dicit cum prin. se. ¶ No. ex isto tex. limitationem ad. l. quod legatur. ff. de iudi. cum ibi not. inquantum ibi dicitur quod sufficit heredi prestare rem legatam legatario in loco vbi relictum est id est existit tempore testamenti. Nam hoc fallit quando in longinquo est absens: vt hic patet. ⁊ hoc ideo ne alias si legatarius cogeretur suo sumptu prosequi legatum quodammodo redderetur inutile. facit quod habetur in. l. proxi. §. idem. ⁊ in. l. si res obligata. ff. eo. ¶ In glos. ij. in fin. ibi: sit in culpa. qualis autem culpa possit esse in alieno. non declarat glo. hic. sed voluit tangere in. l. cum res. §. itaq; cũ seruus. cum se. ff. eo. ⁊ videtur intelligere de culpa more: quia heres erat in mora tradendi rem legatam. vel forte etiam possit considerari culpa in persuasiõe: quia persuasit seruo fugam: vt voluit sentire hic Cy. Bal. ⁊ Ange. sed tunc fortius videtur cadere in dolum. ⁊ sic late sumpto vocabulo in culpa. facit quod not. in. l. qđ nerua. ff. deposi. vel forte etiam esse potuit quod deuenit ad verba iniuriosa cum seruo propter que aufugit. Culpa autem in nõ custodiendo ex quo non erat alienus non videtur posse proprie considerari: licet forte seruus esset talis qui debuisset custodiri. iuxta ea que habentur in. l. si pecuniam. §. pe. de condi. ob cau. Et plus etiam sentit hic Dyn. quod etiam in hereditario ante aditam hereditatem hec culpa custodie non considerabitur: cũ tunc possit dici alienus: vt. ff. tangit glo. sed cõsiderabitur culpa persuasionis. sed forte potest dici quod etiam culpa in custodiẽdo in hereditario possit considerari: cum interim dum deliberat heres adire hereditatem possit habere custodiam rerum hereditariarum. l. aristo. ⁊. l. ait pretor. ff. de iure delibe. ⁊ cum adita hereditate fingatur retro heres fuisse. l. heres quandoq;. ff. de acquir. here. videtur sibi imputandum si non custodiuit seruũ custodiendum. ⁊ hoc voluit sentire etiam hic Ray. Et adde inquantum glo. dixit quod tenetur ad estimationem quãdo est in culpa. quod istud videtur verum si hoc legatario placuerit. Nã alias videtur quod videatur prosequi suo sumptu si legatarius hoc voluerit: vt hic est casus coniuncta glos. ff. in. ij. oppo. Et voluit etiam hic Ange. facit quod habetur in. l. si quis seruum. ff. de lega. ij. ibi tamen glos. in vno male dixit fm Bal. ⁊ Ange. inquantum ibi dicit quod heres non tenetur prosequi: sed prosecutum bene debet adducere suo sumptu: sed melius dixit hec gl. que est magistra in hac materia sua.

1 Fructus. † Heres tenetur post moram etiam de fructibus qui percipi potuerunt ⁊ de interitu ⁊ de omnium causa. hoc dicit vsq; ad. §. si titius. secundum vnum intellectum prout. §. iste non continuatur ad precedentia. ⁊ de dictione autem/hic posita. vide quod no. Bart. in. l. hoc amplius §. de his autem. ff. de dam. infec. ¶ Item not. quod in fructibus percipiendis ad quos tenetur morosus haberi debet considera
2 tio ad personam agentis non conuenti. de quo. ff. dicet. ¶ † Itẽ no. quod licita est argumẽtatio de contractibus ad vltimas voluntates. de quo in. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. ff. e.
3 ¶ † Item no. hoc tempore vsuras permissas. hodie autem sunt prohibite: vt no. in aut. ad hec. C. de vsur. Nam si peterentur vt interesse: vt quia forte oportuit ipsum agentem accipere pecuniã sub vsuris propter solutionem sibi denegatam. Nam tunc etiam hodie tales vsure possunt peti etiam de iure communi: vt no. gl. in. l. socium qui in eo. ff. pro socio. ⁊ extra de vsuris. c. conquestus. ¶ Extra gloss. reuocatur hic in dubium de percipiendis fructibus ad quos tenetur conuentus post moram. vel si est possessor male fidei an debeat intelligi quos percipere possit agẽs: an vero quos percipere posset ipse possessor. tex. hic refert se ad agentem. ⁊ in. l. si nauis. §. fina. ff. de rei ven. videtur se referre ad pos
4 sessorem. Pe. ibi tenuit quod † male fidei possessor teneatur a principio de his quos pcipere potuisset scilicet ipse possessor. sed post moram teneatur ad illos quos percipere possit agens. ⁊ sic concordant ista iura. hec solu. non videtur bona: quia illa. l. domũ. videtur loqui in inuasore qui semper dicitur in mora. l. j. §. certissime. de vi ⁊ vi ar. tamen Bar. hic ⁊ in effectu voluit quod si habemus respectum ad singularem perceptionem debemus inspicere quos percipere potuit agens: sed si ad communem: tunc nõ resultat differentia: an intelligatur quos percipere potuit possessor vel petitor ex quo communiter quilibet sic percepisset: sed iste intellectus videtur restringere. l. illaz cum possibile sit quod etiam in domo plus percepisset ipse petitor propter eius maiorem industriam. Et sic videtur qđ cum illa. l. indistincte loquatur indistincte debet intelligi. vnde Bal. ibi dixit quod per illam. l. est additum quod possit etiam petitor petere quos percipere potuisset possessor. dic tamen quod opi. Bart. in. d. l. domum. videtur verior cum fructus videantur venire vt interesse agentis. et sic non videtur haberi respectus ad personam possessoris quando est diuersitas inter eum ⁊ petitorem. Ange. hic simpliciter dixit quod in odium male fidei possessoris est introductum vt electio sit agentis: an velit petere eos qui percipi potuerint per conuentum: an vero per ipsum agẽtem. ⁊ sic poterit eligi quod possessori erit deterius si hoc placeat agenti in eius odium. Bar. in repetitione. l. fructus. ff. de rei ven. dixit quod aut quis conuenitur nõ ratione dominij: ⁊ sic tunc debet intelligi quos percipere posset possessor: vt est videre in conuento petitione hereditatis: vt est casus in. l. veniũt. §. item eos. ⁊. l. sed si lege. §. quod autem. ff. de petitio. here. aut conuenitur ratione dominij: ⁊ tunc secundũ leges antiquas debet haberi respectus ad percipiẽdos per agẽtem: sed hodie est additum per. l. domum. quod possit etiam haberi respectus ad percipiendos per agentem. ⁊ sic vult in effectu quod electio erit hodie agentis. allega. l. quoties. ff. de act. ⁊ obliga. Tu adde quod etiam olim vbi non agebatur ratione dominij videtur quod deberet haberi respectus ad percipiendos per agentem: vt videtur casus in isto. §. prout videtur intelligi in re aliena legata. Nam etiam absq; mora in re testatoris legata tenetur ad fructus perceptos post aditam hereditatem. l. herennius. cum ibi not. ff. de vsur. Et per hoc etiam: quia iste tex. loquitur generaliter. Et sic videtur posse etiam intelligi in re aliena legata. ¶ Item etiam adde quod ipse idem Bar. dixit in. l. j. C. de fructi. ⁊ lit. expen. quod potest distingui an quis sit male fidei possessor ficte: ⁊ tunc habeatur respectus ad percipiẽdos per conuentum aut vere: ⁊ tunc ad perciendos per agẽtem. ¶ Aduerte tamen: quia ad illã. l. domum. potest responderi dum dicit percipere poterat qđ intelligatur scilicet verus possessor. ⁊ sic cõcordaret cum. l. si nauis. Nec ob. quod loquitur de agente in prima persona ⁊ de conuento in tertia. Et sic videtur quod referri debeat ad conuentum. quare: quia hoc non sequitur necessario per ea que habentur in. l. sed de possessore. C. vnde vi. ¶ Itẽ etiã potest dici quod habeatur respectus ad percipiendos per possessorem supple ⁊ quos alias debuisset percipere. Nam si videtur debere suppleri per ea que habentur in. d. l. idem veniũt. §. item eos. coniuncta. d. l. sed si lege. §. quod autem. Tales autem quos recte percipere potuit ⁊ debuit sunt quos recte percipere potuisset petitor: vt. d. l. si nauis. ⁊ per hoc etiam bene facit quod habetur in. d. l. cum hereditas. de peti. here. ¶ Item etiam posset dici qđ veniunt percipiendi quos percipere poterat possessor supple si illos etiam poterat percipere petitor: alias habebitur respectus ad personam petitoris per. d. l. si nauis. §. fi. Nec est absonũ vnam. l. suppleri per alteram. l. non est nouum. ⁊. l. seq. ff. de legi. ⁊ sic videtur de iure siue quis cõueniatur petitione hereditatis siue rei vendicatione debeat haberi ad personam agentis cum videtur venire tanq; interesse ipsius. facit quod nota. in. l. j. §. ex die. de vi ⁊ vi arma. Et ad contraria satis apparet responsio ex
tuendo vni de familia si vnum eligit non potest illum grauare nisi tantundem sibi relinquat. Et sic facit quod si bona debent distribui in pauperes eligendos per cõmissarios quod si aliqui pauperes eligantur hac conditione qd postea restituant alteri vel dent certum quid. qd non teneat tale grauamen. quod intelligit Bar. et Bal. esse verum nisi grauaretur de dando aliis pauperibus: quia tunc viderentur executores diuisisse executionem per tempora. et sic debent posse sicut etiã possunt facere executionem per partes. vt. §. proximo. argu. l. nullos ita. ff. de testamen. mili. ¶ Item no. qd vbi rogatur quis restituere fundum vni de familia eo ipso quod illi restituit ammodo fundus liber remanet penes illum de familia adeo qd in extraneum poterit eum alienare. secus est quando expresse testator prohibet ne alienetur extra familiam. ¶ Ité nota qd vbi testator mandat restitui fundum quibus volet de familia sua potest etiã vni soli restituere: quod est notandũ. et facit ad ea que dixi. ff. §. proximo. ¶ In glo.
19 ab extraneo. in fi. ¶ †Not. qd ablatiuus quandoq ponitur actiue. de quo dixi. ff. l. proxi. §. penul. ¶ In glos. efficiat. ibi secundo herede. id est gaio melius dixisset legatario. nam gaius erat legatarius: vt patet ex gloss. j. in ver. heredis eius. ¶ In glo. fore. ibi nullo momento stetit apud heredem: quia recta via transiuerit in legatarium. vt tetigit gloss. in contrario. Sed istud reprobat Bal. ibi. quia in casu illius. §. nullum dominium transiuit in legatarium. imo in illos de familia. vt patet ibi ex glo. in verbo peteretur. Ideo soluit aliter vt ibi dixi. sed si vis saluare solutioné glo. quam sequitur Dy. et Barto. Potes dicere qd licet ibi non transiret vere in legatarium: tamen secũdum mentem testantis debebat transire in ipsum legatarium qui erat de familia. ideo hic secus quam ibi not. et dicatur. Secunda autem solutio infra data in glos. non est bona nec habet in se bonam rationem: licet videatur aliqualiter suadere. Tertiam solutionem tenebat hic Cy. sed nõ placet per rationem glo. quia siue ab herede legetur. siue per fideicõmissum relinquatur recta via transit dominium in legatarium et fideicommissarium: cum vtrobiq competant tres actiones. de quibus in. l. j. et ij. C. communia de lega. ¶ In glo. oneratum. ibi. l. cum aliena. sed tunc fortiter obstat: quia testator legando rem videtur legare ius quod habet in illa etiam si extinguatur post mortem. l. vxor patrui. C. de legatis. Soluit Dy. quod iste Titius testator sciebat et cogitabat rem restitui debere familie. ideo videtur voluisse grauare heredem in estimatione dicto casu eueniente. sed certe ista solutio videtur diuinare. vnde dicebat Ray. quod in contrario simpliciter legauit rem. hic autem legauit in tempus in quo non spectabat ad eum et sciebat ad se non spectare. et postq deueniebat ad vnum de familia. Et hec solutio videtur satis bona. vel dic quod facto heredis tradentis extraneo videtur res euinci. ideo tenet aliter. l. qui duos. ff. eo. ¶ Aduerte tamen quia. l. vxor patrui. proprie loquitur quando quis legat rem in qua habebat vsumfructũ quo casu si legat ille cuius est proprietas non valet quia res sua videtur sibi legari. l. res proprias. C. de legatis. et. l. meuius. §. fundo. in fine. ff. eo. Si autem legasset alteri: tunc si fuisset aliqua causa propter quã verisimiliter putasset rem ad se spectare non videretur velle grauare heredem casu in quo nõ spectat. sic intelligendo. l. sticho. ff. de vsufruc. lega. sed vbi nulla causa subesset propter quam putaret rem ad se pertinere. satis credo qd ex quo scit se solum habere vsumfrucium et legat ipsam rem titio cuius non est proprietas. quod videtur in effectu scienter legare rem alienam. et sic teneret legatum. Et pro hoc do casum in dicta. l. sticho. a sensu cõtrario. et videtur etiam rationabile: quia valde absurdum videtur dicere qd videatur velle relinquere vsumfructum quem sciebat morte sua extingui. Et per predicta patet intellectus dicte. l. si vxor. ¶ Item quia non videtur procedere illud quod cõmuniter dicitur qd vbi quis habet ius in re: legando rem videatur legare solum ius quod habet etiam si morte legantis debeat illud ius perire: licet cõmuniter consueuerit sic dici. sed forte nõ procedit de iure. Et hoc tenendo clara esset solutio ad cõtrarium. Et de materia etiam aliquid in. l. quod in rerum. §. penul. ff. titu. j. et ibi tetigi. ¶ In glo. eius ibi posset. hec tamé vera: quia iste textus debet intelligi quando legatarius decessit sine herede de familia. secus si dimisisset heredem vnum de familia: quia tũc non possit extraneus inquietari viuente illo de familia eadem ratione: quia nec viuente ipso legatario. ¶ Et aduerte quia non cẽsetur hoc fideicommissum alienatio voluntaria. Nam tunc statim venirent omnes de familia. sed censetur potius necessaria: quia nõ est facta voluntarie ab ipso herede heredis. sed potius propter iussum et dispositionem testatoris primi heredis. hoc est ipsius titij. quod est valde notãdum: quia re vera aliquo respectu est voluntaria: quia legatarius non cogeretur acceptare precium sibi relictum loco rei si ipse non vellet. et consequenter non teneretur prestare fideicommissum extraneo. ¶ In glo. super verbo et ideo in fine. doctores transeunt cum gloss. tamen prima videtur magis rationabilis. ¶ In gloss. restitui. ibi ipsi danti. Sed certe videtur quod debeat recipere nomine suo et aliorum per ea que habentur in. §. fratre. et sic in effectu videtur cauere se restituturum familie.

Rogo fundum. Iussus eligere cum morietur potest eligere dũ viuit. et ante nullus admittitur. sed eo non eligente omnes admittuntur. hoc dicit. Et differt hic. §. a materia superiori: quia supra debebat restitui vni ex familia. hic vni ex liberis. sed tamé materia est mul-
20 tum similis. ¶ †Item no. quod non cogitur quis eligere anteq veniant dies electionis. de quo dixi. ff. in principio legis. ¶ Ité no. quod vbi non est facta electio per eum qui debet vni ex certis restituere tunc veniunt omnes. quod est clarum in terminis huius. §. Sed quando debebat restitui vni ex familia qualiter tũc vocentur omnes. dic vt. ff. §. si duos. in glo. super verbo petant. et super ea dixi. ¶ In glo. datum. in fi. vel expone datum. i. relictũ: facit. ff. eo. l. legatum.

Si rem tuam. Si testator legat rem heredis vt suam valet legatũ. hoc dicit. ¶ In textu ibi non cogendum. scilicet quando legatur res aliena ab
21 ignorante. ¶ †Item nota quod non vitiatur relictum rei heredis licet testator potest legare rem debitam heredi. ff. eadé. l. §. si duos. et. §. seq. ¶ Adde dictis Bar. inquantum dicit quod si testator habet rem communem cum herede et legat illam quod tota debetur per hunc. §. quia hoc videtur procedere secundum Bal. quando simpliciter legat rem. secus si simpliciter diceret lego talem rem meam tali: quia tunc simpliciter videtur se referre ad ius quod habet in ipsa re. facit quod habetur in. l. serui electione. §. fina. ff. titu. j. quod not. ¶ In glos. non cogendum. in fi. Solu. vt nota. in qualibet predictarum legum. nam intelliguntur quando scienter legatur res aliena extraneo. ¶ Et nota bene qd vbi legatur res heredis nõ habet locum distinctio. l. cum aliena. C. de lega. per rationem hic positam in litera. et ad hoc sepe allegatur iste. §. et sic distinctio illius. l. habet locum quando legatur res extranei. vnde differunt quo ad valorem legati. legatum rei heredis et legatum rei extranei. licet non differant quo ad translationem dominij: quia in vtroq casu secundum veram opi. transfertur dominium ipso iure. vt not. in. l. si heredi seruus ff. titu. j. et. l. papinia. ff. de serui.

22 **Si omissa.** †Licet verba fideicommissi sint defectiua. tamen debetur si ex mente colligitur. hoc dicit. ¶ In glo. verba. in fi. quelibet expositio in se bona. tamen secundam tenet hic Dy. ex qua habes quod interdum in legatis vel fideicommissis est defectus ex parte verbi. et de hoc proprie loquitur hic. Interdum sunt verba enunciatiua et sic deficiũt dispositiua. et de hoc proprie loquitur. §. sequens. cum. l. seq. Interdum est defectus in verbis dispositiuis respectu psone que grauatur et oneratur. et de hoc proprie loquitur. l. peto. in prin. et facit iste tex. secundũ Bal. qd si propter antiquitatem instrumenti abolita sit indictio: si tamen appareant anni domini probabit instrumẽtum. Nam ex illis colligi consueuit qualis sit indictio: vt no. in. l. j. C. de emé. insti. co. vbi bona glo. Et facit qd no. bart. in. l. si libertus. ff. de regu. iur. Et facit ad materiam qd habẽt cano. in. c. inter dilectos. de fide instru.

Item marcus. Verba enunciatiua futuri euentus ad grauatum directa fideicommissum inducunt. hoc dicit. ¶ In text. ibi: verba scilicet di-
23 spositiua. †No. secundum Bal. qd maritus onerat vxorem. facit l. item legato. ff. titu. j. et similiter recipit confidentiam. Adde qr etiam interdum sumit consilium ab illa sicut imperator ab augusta. vt ex tex. et glo. in. §. hec omnia. in aut. vt iudi. sine quoquo suff. colla. iij. ¶ Item no. ex text. coniuncta gloss. in quo consistat prouidentia et in quo consistat religio in principe. Et no. religionem in legibus versari. Nec mirum quia dicitur sanctio sancta l. j. et ij. l. nam et demõstrationes. ff. de legi. et facit. l. fi. C. de prescri. long. tempo. ¶ In glo. verba. ibi. solue vt ibi quia in. d. l. generali fuerunt verba enũciatiua adulatoria relata ad oneratum que sonabant in blanditiem que nil operantur. hic autem erant relata ad grauatum et sonabant in probabilem fiduciam ob quã non est equum testantem esse deceptum. et facit quod no. gloss. ff. eo. l. peto. et sic patet qd aut sunt verba dispositiua: et tunc clarum qd inducunt dispositioné. Interdũ enunciatiua: et tunc propter aliud principaliter non inducũt dispositionem. l. ex his. C. de testa. mili. et. ff. eo. l. titia. Aut principaliter enũciatiua: et tunc si referunt ad grauatũ disponũt vt hic. secus si ad oneratũ. d. l. generali. ¶ In ea. glo. ibi. §. pe. ibi prima facie non inducitur fideicõmissum. sed quo ad rei veritatem sic: vt ibi no.

Summarium.

1 ¶ Fideicommissum generale non includit ea que quis ab alio herede et non vt ex vltima voluntate capit.

2 Res donata vxori quare in fideicommissum non cadat.
3 Donatio facta filio in potestate non cadit in fideicommissum.



Sequens questio. Hec. l. cōtinuatur cum. §. precedenti. et est de eius materia. et hoc intēdit. † Ea que quis capit alio herede existente non vt ex vltima volūtate in fideicōmissum generale non cadunt. h. d. ¶ In tex. ibi existente. subaudi. et non vt ex vltima voluntate vt cesset obiectio de prelegatis de quibus in. l. cum virum. C. de fideicō. ¶ In glo. bonor. ibi. et sic intellige extra bona. subaudi quo ad destinationem defuncti qui separauit illa ab aliis. l. cū dominus. §. filius. ff. de pec. leg. non autem quo ad dominum per id quod superius tetigit
2 glo. ¶ † Et ex hoc habes vnam rationem quare non cadit in fideicommissum ipsa res donata vxori: quia illud est ex eo: quia quo ad destinationem testatoris fuit separata a bonis suis. Secunda ratio colligitur ex tex. quia talis donatio non recipit effectum nec confirmationē ex testamento. hinc est qd̄ etiam si non adeatur hereditas confirmatur donatio per solam mortē. vt est glo. ordinaria et singularis in. l. si post legatum. §. penul. ff. de his qui. vt indi. et facit quod no. glo. in simili in. l. filie. C. fami. herc. Aliqui tamen vt tangit hic Ray. dicunt qd̄ tertia ratio esse potest: quia testator dixit quodcūqꝫ vxor eius heres instituta cepisset. et sic videt̄ se retulisse ad id qd̄ tanq̄ heres ipsa vxor accepit. et per consequens non comprehendit donationem quā nō accepit vt heres. precedentes sunt tamen magis notabiles et magis cōmunes. ¶ In ea. glos. ibi. trahitur retro. innuit glo. qd̄ donatio inter cōiuges secuta morte donantis trahatur retro quo ad dominium. et idem sensit glo. in. l. sub conditione. ff. de solu. Sed communiter hoc reprobatur propter defectum extranei ad qd̄ ideo dicimus qd̄ solum trahitur retro quo ad fructus. sed non quo ad dominium. vt no. glo. in. l. talis scriptura. ff. titu. j. et ibi dixi. et in. l. ij. C. de inoffi. do. et tetigi etiam in. l. si is qui pro emptione. ff. de vsucap. ¶ Ultimo induci᷑ iste text. contra lect. Azo. in. l. filium quem habentem. C. fami. her. inquantum ponit exemplū
3 in predio donato filio in potestate. nam videtur procedere: † qr talis donatio non cadit in fideicōmissum: vt hic probatur. ergo nec computatur in quartam cum ista videantur parificari per id quod habetur in. l. fideicōmissaria. §. fi. ff. ad treb. Sed posses defendere eum qd̄ hic loquatur in donatione facta vxori: non in illa que fit filiō. Sed hec defensio nō est bona: quia equiparatur l. pe. de dona. inter virum et vxo. ideo dic plene vt. d. l. filiū quem habentem. potes etiam saluare opi. Azo. quia non videtur bona consequentia non cadit in fideicōmissum: ergo non cōputat̄ in quartam. patet instantia per id qd̄ habetur in. l. qui heredi. ff. de condi. et demon. et. ff. ad. l. fal. l. in quarta. in quibus patet qd̄ id quod habetur causa conditionis implende non cadit in fideicommissum. et tamen computatur in quartā. Ad tollendū autē Azo. argumentum sufficit instantiam dare: vt est tex. cum gloss. in. c. sicut vrgeri. j. q. j. licet quādoqꝫ procedat quod computetur in quartam id quod cadit in fideicōmissum. d. l. in fideicōmissaria. §. fin. et sic potest saluari opi. Azo. licet hic Cy. et in. d. l. si filium. teneat contrarium.

Summarium.

1 Uerba dispositiua fideicommissum inducunt.
2 Pater dans aliquid filio pro legitima dare censetur.
3 Ius successoris tandiu durat quandiu ius autoris.
4 Matrem non posse filio tutorem dare qualiter intelligatur.
5 Mediato existente certo non curatur de immediato.
6 Instituens heredem extraneum alienare censetur.
7 Proximior i gradu de restituēdo aliis de familia cauere debet.



Peto lucij. Uerba dispositiua sine precepriua ad grauatum siue oneratum directam fideicommissi portionem inducunt. hoc dicit. Et diuidi᷑ in duas partes: vt patet ex prima glos.
1 secunda ibi: quod ergo. tertia ibi: dicemus. ¶ † Not. quod verba dispositiua inducunt fideicommissum: licet sint defectiua respectu persone legate grauate. ratio quia semper in dubio censetur heres vt hic. et. ff. tit. j. l. si seruus. §. qui margaritam. idem si sint defectiua ex parte persone onerate. Nam in dubio intelligitur de herede instituto si reperiatur institutus. facit. l. ita. ff. de statu libe. et vbi nemo esset institutus intelligitur de venientibus ab
2 intestato vt hic probatur. et est etiam tex. valde notādus. ¶ † Itē no. argu. qd̄ si pater dat aliquid filio pro parte sua intelligatur dare pro legitima. facit. l. etiam. §. pe. ff. de bo. libe. de quo etiam hic per Barto. ¶ In glo. ab his. ibi: in legatario non valet subaudi quia videretur esse adulatoria et in blanditiē sonare. sed in casu sequenti videretur prolata propter probabilem fiduciam quia non est equum testatorem effectualiter diludi. ¶ In eadeꝫ glo. ibi. solue vt ibi. supple: quia ibi fideicommissum erat inutile propter commune onus: nō propter defectum verborum. ¶ In eadem glo. ibi decederet pro parte testatus. hoc non est verum: quia etiam si veniret veniens abintestato fieret sibi restitutio ex testamento: vt hic patet in vltimo respōso. ideo melior est ratio: quia magis videtur esse predilectus coherēs quam veniens ab intestato: secundum Pet. facit autenti. hoc amplius. C. de fideicommissis. Preterea contra rationem gloss. facit. l. circa. ff. de inofficioso testamento. vbi ex postfacto potest quis decedere pro parte intestatus. Sed potes dicere quod illud contingit contra voluntatem testantis: nō secundum voluntatem secundū Ray.

Predium. Res prohibita potest alienari ex causa necessitatis. hoc dicit. et est singularis casus. ¶ Item no. quod magis fauorizatur a iure alienatio necessaria
3 quam voluntaria. ¶ † Item not. quod tandiu durat ius successoris quandiu habet durare ius autoris. facit. l. vectigali. ff. de pigno. ¶ Item nota quod ius tertii conditionale non impedit primum nec secundum decretum. ¶ Item nota quod bona que subiacent restitutioni in certum euentum non prohibentur interim capi ex primo et secūdo decreto. quod est notandum pro declaratione eorum que habentur in. l. fina. C. communia de lega. ¶ In glo. heres. in fine. quelibet expositio in se bona. tamen tertia est magis notabilis et singularis. et illa communiter tenetur. ex qua habes quod alienatio necessaria non reuocabitur etiam post mortem ipsius de quo in litera si relinquat alium qui sit de familia. nam censetur ille quodammodo de familia habere ex quo alius habet propter dissoluendum eius debitum. ¶ Et nota quod hic loquitur in alienatione necessaria quando necessitas causatur ex facto heredis sed si causaretur a facto primi testātis: tunc emptor omnino esset securus per. l. filiusfami. §. diuus. ff. titu. j. et quod dixi in alienatione necessaria idem dicas quando est quasi necessaria propter dispositionem heredis grauātis electum. licet nota sit precise necessitas vt probatur in. l. vnum ex familia. §. quod si talia. ff. eodem. et ibi dixi. quod est valde mirādum et notandum ꝫm Dy. et Ray. ¶ Et ex predictis sumunt aliqui cautelam quod faciunt capi ex primo et secundo decreto per creditores defuncti bona prohibita alienari vt sic non incidant in prohibitionem. facit quod habetur in. l. si pecuniaꝫ. §. itē queri potest. ff. de rebus eo.

Mater. Relicta a tutore videntur relicta a pupillo. et ideo valent. licet tutoris datio non fortiatur effectum. Et primo ponit vnum dictum de matre. Secundo probat illud per simile de patre. Tertio quod dixerat de tutore extēdit ad curatorem. Quarto quod dixerat quando datio tutele ab initio non extenditur ad casum quando deficit ex postfacto. Quinto infert vnam illationem. secunda ibi: nam et si. tertia ibi:
4 quidam. quarta ibi: nec interest. quinta ibi: ac deniqꝫ. ¶ † Item not. quod mater non potest dare tutorem filio. intellige taliter quod teneat datio ipso iure. sed venit confirmandus per iudicē l. ij. ff. de confir. tuto. ¶ Item no. quod fideicommissum relictuꝫ ab administratore censetur relictum ab ipso principali. ¶ Item not. quod in dubio quis presumitur putare valere quod facit.
5 ¶ † Item no. quod vbi mediatus est certus nō curamus de immediato. vt colligitur secundum Ray. et sic facit quod non vitietur iuramentum. licet prestetur super scamno vel lapide. de quo in aut. sacramenta. C. si aduersus vendi. et in corpore vnde sumitur. vbi bona gloss. et facit etiam quod nota. per glo. in clemen. ff. de hereticis. ¶ Item no. quod vbi aliquid fit sub nomine appellatiuo videtur haberi respectus ad personam representatā per ipsum appellatiuum. et sic facit secundum Ray. quod si delegatus citat ad certam diem teneatur comparere coram subdelegato ab eo: quia eius personam representat. ¶ Item facit secundū Bald. quod si dirigitur preceptum vel mandatum ad aliquem tanquam abbatem alicuius loci: quod licet ille non sit verus abbas: tamen mandatum astringat verum abbatem. licet in iudiciis dicat hoc non procedere quia iudicium agitatum cum minus legitimo prelato nō nocet per id quod habetur in. l. si tutor C. in quibus causis in integrum resti. non est necesse. facit ad materiam id quod habetur in. c. quoniam abbas. extra de offi. delegati. et in. c. eam te. extra de rescriptis. ¶ In gloss. non potest ibi tamen sine inquisitione. imo dic quod etiam tunc cum inquisitione licet minori quam quando non instituit: vt no. per gloss. in. l. ij. ff. de confir. tu. secundum Cy. et alios. ¶ In glos. prestabitur. in fine. quelibet in se bona tn̄ vltima magis plana. et ipsam tenuit Dyn. Ex prima tamen nota diligenter quod datio tutoris facta in testamento minus solenni conditio inter liberos nō valet. et ratio esse potest: quia tendit in preiudicium eius qui datur tutor. facit. l. impuberi. ff. de administra. tuto. et. l. cum filius ff. de testamen. mili.

Fratre here. Res alienata extra familiam contra prohibitionem testatoris reuocatur per omnes de familia ordine successiuo. sed primus cauet de restituendo sequentibus. Et si cautio admittitur non condicitur: sed casu

sed casu eueniente res vendicatur. et sufficit quem fuisse in familia tempore testamenti. h. d. Et primo ponitur thema. Secundo circa illud sex per ordinem soluuntur questiones. Et prima. q. est quando veniunt illi de familia. secundo quo ordine. tertio qualiter veniant. quarto qualiter consulatur re tradita cautione non prestita. quinto qualiter consulatur per traditionem ante. sexto an admittantur illi qui fuerant de familia tempore testamenti. licet non sint tempore mortis. Prima questio ibi si non paruit. secunda ibi quid ergo. tertia ibi: nec tamen. quarta ibi qd si cautio. quinta ibi cautionem. sexta ibi si quidam. ¶ In tex. ibi eiusdem generis. i. gradus. Nam omnes sunt de eodē genere. l. agnatione. l. j. §. de proba. ¶ In tex. ibi emācipati. et sic desinit esse de familia per emancipationem. l. pe. §. de capi. dimi. ¶ Item not. quod interdum testatores prohibent alienationē domus extra
6 familiam. et hoc sepe contingit in palatijs et turribus. ¶ †Item no. qd alienare dicitur qui extraneum instituit heredē. et ad hoc sepe allegatur. facit. l. si quis prioris. §. j. C. de incest. nup. Bal. tamen dicit qd istud hic non colligitur ex eo: quia non transit dominium in extraneum heredem. quod patet: quia illi de familia possunt vendicare. §. eo. l. vnum ex familia. §. si viuo. cum ibi no. et. j. eo. l. cum pater. §. libertis. ideo dicit qd dicitur hic contrauētum ex capite. quia in familia non relinquitur nō ex capite alienatiōis prohibite. et hec est subtilis consideratio ſm eum. sed certe ratio sua non vrget: quia etiam quando alienatur inter viuos non transfertur dominium. d. l. cum pater. §. liberis. et quod plene not. in. l. ea lege. C. de condi. ob cau. et tamen satis dicitur alienari vt dicat contra factum. sic ergo et hic satis dicetur alienata siue alienetur inter viuos siue per vltimam voluntatem collatā in extraneū. et sic intelligatur iste tex. et ideo dum litera hic dicit sed domum alienauit. subaudi inter viuos. ¶ Item no. qd quādo contrafit voluntati testatoris omnes de familia admittunt. et no. quod hoc intelligitur quando sunt eiusdem gradus: alias admittitur proximior. et sic facit ad ea que dixi in. l. vnum ex fa-
7 milia. §. si duos. §. eo. ¶ †Item not. qd ille qui est proximior in gradu debet cauere de restituendo alijs de familia. alias repelli tur exceptione. ¶ Item no. qd si cautio non fuerit prestita et res fuerit tradita non potest cautio condici. ¶ Ultimo no. quod sufficit quem fuisse de familia tempore testamenti: licet non sit tempore mortis. Idem econtra per id quod habetur in. l. cum ita. §. in fideicommisso. §. eodem. et in. l. si cognatis. j. de reb. dub. ¶ In glo. extero. ibi. §. quindecim. iste. §. proprie non contradicit solutioni prime questionis. sed solutioni secunde. et vera so. est qd ibi non fuit simplex prohibitio. sed limitata ad portionem vniuscuiusqꝫ. ideo si semel sit pars alienata vni de familia illa pars eximit causam prohibitionis. ideo ille in quem est alienata potest illum etiam in extraneū alienare. quare non est prohibitus alienare nisi partem suam. ¶ In eadem glo. ibi ad legitimum. et intellexit forte glo. quando non fit testamentum. ¶ Glo. tamē valde singularis in. l. pater. §. iulianus. j. ti. j. idem dixit si instituat legitimus. et cum ista glo. transit hic Bar. et pro ea allegat. l. cū pater. §. cum inter. j. eodem. Sed Pe. quem in effectu seqtur hic Bal. tenet oppositum: quia sicut non possit expresse conferre in extraneum. et sic in personam prohibitam: ita non debet posse et tacite. arg. l. cum quid. si certum petatur. Tacite autem dicitur conferre non faciendo testamentum. l. conficiuntur. §. primo. §. de iur. codi. allegat etiam pro hoc. l. codicillis. §. in rem. j. eodē. et quod habetur in. l. si ita quis. §. ea lege. j. de verbo. obliga. Credo quod in practica seruaretur opi. gloss. et bart. Forte tamen verior est de iure opi. Pe. et per rationem suam. Nec ob. §. quindecim. quia nil facit. nam illa nō est ratio illius tex. qꝛ deueniat ad legitimam: sed alia quam. §. dixi. ¶ Item non ob. §. cum inter quia potest dici speciale in casu illo propter rationem ibi tactam in glo. et sic a contrario sensu potius faceret contra. ¶ In ea. glo. ibi. §. fundum. ille. §. ponit casum valde notabilē et singularem p quem patet qd verba que accessorie ponuntur regulariter secundum naturam principalis dispositionis et non ampliant illam. qd est valde notādum. Nam prima facie quis dicet contra id qd ibi deciditur. Et pro predicta decisione facit quod habetur in. l. ex pupillari. §. de vulga. et pupil. et in clem. si dignitatem. extra de preben. vbi est optimus casus. ¶ In eadem gloss. ibi respondeo potest. Ratio est: quia sicut ex solo titulo cōtractus non transfertur dominiū ipso iure. l. traditionibus. C. de pac. ita nec impeditur dominij translatio per solum contractum: que ratio cessat in vltima voluntate. l. a titio. j. de furtis. Et per hoc dixit Bal. qd si esset casus in quo solo titulo transfertur dominium. exemplū in. l. fi. C. de sac. sanc. eccle. tunc etiam eodem fauore posset ex eodem contractu impediri translatio dominij. ¶ Et ex predictis patet quod potentior est prohibitio legis et testatoris q̄ contrahentis. Nec ob. l. fi. C. de re. alie. non alie. vbi equiparantur: quia verum est quo ad interpretationem alienationis: sed non quo ad impediendum translationem dominij. ¶ In ea. glos. in fine. Sol. qd ibi erat prohibitio legis: hic testatoris. et durius agitur cum homine q̄ cum lege. l. celsus. de arbi. vel ibi erat prohibita simpliciter alienatio. ideo nō intelligitur prohibita successio alienationis ex testamēto vel abintestato: qꝛ erat quodammodo necessaria. sed hic erat limitata ad certum genus personarū. Uel secundum Bald. ibi erat prohibitio propter ipsius rei naturam ideo transit cum vniuersitate. l. et in modicis. §. de cōtrahē. emp. hic fauore certarum personarum. et eodem modo potest responderi ad. l. quedam. de acquir. re. dom. et in materia distingue vt hic per Barto. ¶ In glos. cauere. in fin. vtraqꝫ practica in se bona. ¶ In gl. conditio ibi. secus hoc est falsum: vt ibi patet et in. l. si vsusfructus nomine. §. vsufru. queādmo. caue. ideo tene sequētem: quia hic non intererat illius qui restituit: cum ipse esset extraneus vt patet in principio. Uel dic secundum Bal. quod ibi cautio prestabatur ab substantiam debiti. et ad fundandam iustitiam petitionis hic per quandam cōsequentiam et non ad substantiam debiti. Or tene quod placet. ¶ In glossa. cautionem ibi prestatur iudicis officio. subaudi per titulū infra vt le. nomi. caue. ¶ In glossa superfit. ibi. §. penul. per illum. §. patet quod vltimus de familia habet rem libere et potest eam in extraneū trāsferre: quia non est qui reuocet. et no. ex glo. scdm vltimā expositionē qd licet spectet alter esse in eodē gradu nihilominus admittetur superstes ad solidum. facit infra. de ven. in possess. mit. l. vbicunqꝫ. quod est notandum secundum Baldum contra hoc tamen facit quod habetur in. l. si tamen. §. eodem titulo. per quā videtur quod nō possit preoccupari portio ex iusta causa absentis. et hoc forte est verius: et secundum hoc admitteretur ad partem suam interim. vel saltem debet cauere si recipiat totū de dādo partem alteri et sic possit saluari gloss. ¶ In glos. familie. ibi de domo sua. Nota ex tert. coniuncta glo. quod paria sunt prohibere ne res exeat de familia vel de domo sua. facit quod habetur. in. l. j. §. primo. §. ad sill. Idem si dixerit de casato vel de stirpe secundum bal. et Ange. hic. ¶ In eadem glo. ibi de familia tamen est hoc falsum secundum ista tempora per. l. fin. §. de cap. dimi. Sed hodie gl. potest saluari p autē. de heredi. que abintesta. §. nullam. coll. ix. quam gloss. voluit allegare licet corrupte alleget de here. et fal. de quo dixi in. l. cum ita. §. in fideicommisso. supra eodem. Et adde quod notatur in. l. si cognatis. ff. de rebus dubijs.

Summarium.

1 Uasallus feudo renunciare potest.
2 Oneratus vel honoratus in quantitate non potest vltra illam grauari.
3 Grauari non potest quis in plus quam percipiat emolumēti.
4 Precium loco rei succedit in vniuersalibus.
5 Consumi non dicitur id quod in corpore matrimonij continetur.

Imperator autem. Legatarius tenet cedere actionem fideicommissario vel rem si habet. hoc dicit. ¶ Item not. quod penes legatarium grauatum per fideicommissum videtur esse omnis actio competens pro legato et sic facit quod interim ipse sit dominus si species est legata. non autem fideicommissarius. de quo dixi in. l. vnum ex familia. §. sed si vno. supra eodem. Et sic videtur quod demum cum habebit penes se rem legatam transeat dominium in fideicommissa-
1 rium. ¶ †Item not. argumentum quod vasallus vel emphiteota possit feudo renunciare si vult rem reddere. nec tenebitur ad seruitium vel ad pensionem. de quo tangit hic Ray. et Cynus sed dic plene vt per glo. in. c. finali. de capi. corra. in vsibus feudorum. seu in titulo de capita. qui curiam vendi. et per Bartoluꝫ in lege si is qui cum quo. infra de aqua pluuia. arcend. et ibi plene dixi. et per canonistas in capi. que in ecclesiarum. extra de constitutio. ¶ In glo. abstinuit. in fine dic melius facit. l. iulianus. vt supra eodem.

2 **Si certum lega.** †Oneratus in quantitate non potest vltra grauari quam sit illa: et eius vsure si onus consistat in quātitate: secus si in propria specie ipsius onerati. ¶ Item nota quod vbi legatum vel fideicommissum consistit in quantitate non potest amplius grauari legatarius quam percipiat ex re legata et eius accessione. secus quando legatum consistit in specie propria. ratio est quia tunc legatarius videtur rem suam appreciare ad valorem legati: licet re vera plus valeat. facit infra ad legē falcid. sed et si non. seruus. ¶ Item nota quod licet non attendatur emolumentum quod prouenit ex re vel propter rem: vt hic patet iuncta. l. vsura pecunie. infra de verborū significa. et supra titulo. j. l. filiusfamilias. §. apud marcellum. cum non considerat emolumētum quod omnino extrinsecus ex negotiatione potest euenire vt hic probat in verbo nec mutanda. q casus non est alibi scdm Dy. Sed certe sa-

tis concor. l. si heres. ff. ad l. fal. et l. emptor ex hereditate. s. de here. ven. et facit qd habetur in. l. si sic. s. ti. j. ¶ In glo. emolumentu. in fi. So. sm Dy. qd in contrariis interuenit mora. et sic delictum quod habet nocere moroso. de regu. iur. c. mora. lib. vj. hic autem nulla mora interuenerat. vel dic sm Pet. qd istud extrinsecum emolumentum non consideratur quo ad grauamen: vt per hoc quis possit grauari. et ita loquitur hic: sed in fauorem vt possit quis illud percipere bene interdum consideratur vt in cotrariis de quo plene per glo. et doc. in. l. j. C. de sen. que pro eo qd interest proferuntur. ¶ In glo. offerat. ibi si minor. hec. l. et. l. sed et si non seruus proxime alleg. ponunt eundem casum quem ponit tex. in ver. enim. et sic non est diuersa fallentia ab illa que hic ponitur. ¶ In eadem glo. ibi proprie est onus intrinsecum inherens ipsi legato ex natura rei legate que consistebat in iure vniuersali et in continente commoda et incommoda. et facit quod habetur. ff. eo. l. filius. §. primo. ¶ In ea. glo. ibi. §. si cui. ibi legatum fuit alternatiuum et electio erat legatarii. ideo sibi imputatur quare elegit id qd minus valet. idem si legatum sit simplex. sed onus fideicommissi alternatiuum eadem ratione. nam et tunc est quid imputandum legatario si non eligit qd potest. l. si mihi stichus. s. titulo. j. et sic patet qd regulariter quis non potest grauari in plus quam oneretur seu quam percipiat ex re legata et eius accessione. fallit in effectu in quatuor casibus. Primus est quando grauamen consistit in specie propria. Secundus est in. §. mensa. quando grauamen inest ex natura rei legate. Tertius est in illa. l. plane. §. si cui quando legatum est alternatiuum et fideicommissum de altero ipsorum. Quartus est contra in. d. l. si mihi stichus. s. tit. primo. ¶ Ultimo inducit Bal. hunc tex. in argumetum qd damnatus vendere rem in testamento non possit intentare remedium. l. ij. C. de rescin. vendi. vt colligitur hic in ver. enim. et forte potest dici quando damnatur vendere certo precio: quia tunc acceptans legatum sibi factum videtur remanere contentus pro dicto precio vendere. secus videtur si simpliciter esset damnatus vendere re: quia tunc si vendit pro minus iusto precio intantum quod videtur deceptus vltra dimidiam iusti precii. videtur habere locu remedium. d. l. quia tunc non videtur subesse ratio in contrariu ex quo testator non expressit precium.

Cum quidam. Oneratus in quarta non pot grauari in alia quota vltra vires lega
3 ti. hoc dicit. ¶ † Ite no. qd non potest quis in plus grauari qua percipiat ex re et eius emolumento. et si in plus grauatur non valet in eo qd vltra est: sed solum in alio: vt. s. proxi. §. ¶ Et ex hoc no. qd vtile per inutile non vitiatur. de quo in regula vtile de regu. iur. lib. vj.

Cum autem. Precium et res coparata seu empta ex precio succedit loco rei in vniuersa
4 li. hoc dicit cum duabus seq. ¶ † Item not. qd in vniuersalibus precium succedit loco rei. de quo etiam per glo. in. l. si rem et precium. s. de peti. here. et in. l. labeo. ff. de ver. sig. siue agatur actione personali: vt hic probatur. nam agebatur actione ex testamento siue actione reali. d. l. si rem et precium. Nam petitio hereditatis dicitur actio realis: licet habet personales prestationes adiunctas. l. sed et si lege. §. petitio. s. de peti. here. secus est in iudiciis singularibus in quibus non succedit regulariter precium loco rei l. mater. et ibi per Cy. de rei. ven. nisi interdu in subsidiu re empta vt ibi no. et. l. fi. C. de neg. gest. ¶ † Ultimo not. illud vulgatu
5 qd no dicitur consumi id qd in corpore matrimonii continetur. ¶ Et no. qd dicitur retineri emendo aliam rem vel etiam se liberado: ex quo potes notare qd dicitur facere quis sibi capitale soluendo creditoribus prout vulgariter dicitur. ¶ In glo. non videtur. ibi: hoc enim nomine hereditatis. Bar. hic simpliciter dicit idem si nomine proprio per hunc tex. qui loquitur indistincte per. l. idem seruandum. ff. eo. vbi patet qd non potest dici fieri nomine hereditario solutio que fit propriis hereditariis creditoribus. et cum talis pecunia soluta seu tantumdem cadit in fideicomissum. Ray. videtur saluare glo. vt sit differetia in hoc an emat nomine hereditario an suo quia si emit nomine hereditario res empta cadit in fideicommissum: sed si nomine proprio: tunc ipsa res non cadit. et ita intelligatur glo. hic. sed bene precium ipsius rei per id qd habetur in. l. idem seruandum. et hec opi. mihi placet per quam saluatur glo. Et concordari potest opi. Bar. et glo. Et adde dictis Bart. inquantum dicit qd non videtur in bone fidei possessore cadere illa distinctio an suo nomine an noie hereditatis faciat. Nam hoc videtur falsum per tex. cum gloss. in. l. si quid possessor. s. de peti. here. ¶ Item adde secundo quod. l. sed et si lege. §. primo. videtur intelligenda quando pro se et non pro hereditate emit rem vt ibi tangit glo. et etiam hic. nam si pro hereditate tunc nulla venisset in petitione hereditatis. arg. l. item veniut. s. de peti. here. et eius qd habetur in. d. l. si quid possessor. sed quia possessor emit rem pro se: ideo no venit res in petitione hereditatis si non vult dare: sed solum precium ipsius rei: vt ibi dicitur. ¶ Item adde inquatum dicit qd in male fidei possessore est electio agentis viri heredis, an petat rem venditam an vero precium. Nam illud videtur verum regulariter. fallit quado vendidisset rem sterilem et inutilem hereditati ante motam controuersiam: vt est tex. cum glo. in. l. si possessor. §. j. vbi bona glo. s. de peti. heredi. Item videtur si rem non sterilem vedidit sed ex causa necessaria: puta causa satisfaciendi creditoribus: cum alias comode non posset. d. l. item veniunt. §. j. Nam in dictis casibus no videtur posse eligere rem. Item adde inquantu dicit quod si ex pecunia redacta ex venditione rei hereditarie emit aliam re, ipse male fidei possessor qd illa non venit in petitione hereditatis: sz solum precium vel res vendita. nam hoc videtur verum quando pro se emit. et sic noie suo: secus si pro hereditate. quo casu si erat necessaria hereditati illa veniet in petitione hereditatis. d. l. itez veniunt. §. j. et non veniet tunc precium. Si autem non fuisset necessaria tunc esset electio agetis per ea que habentur in. d. l. ite veniunt. prealleg. in tex. et glo. ex qua aperte patet qd est longa differentia interdum an emat pro se. et sic suo nomine an pro hereditate. et sic nomine hereditatis. et sic patet qd Bar. non perfecte dixit in hac materia. ¶ In ea. glo. ibi so. vt ibi subaudi quia ratio legandi apposita in legato demonstrabit non esse de mete disponentis venire in legato qd in alia causam erat conuersum. ¶ In glo. seruandum. in fi. sol. qd ibi factum erat legatum de reliquis que desierant esse aliqua per conuersionem factam in aliam causam. ideo ibi deficit legatum que ratio hic cessat.

Si quod ex par. Partum quis dicitur habere eode titulo quo habet matrem. h. d. ¶ In tex. ibi quanti puerum pone exemplum sm Dy. Ray. si emi matrez pregnantem pro. xij. et postq peperit valet. viij. Nam in effectu videor emisse partum pro quatuor. ideo illa quatuor cosequar in effectu ex causa legati. ¶ Item no. qd ancilla pregnas dicitur carius emi propter partum. ¶ In glo. lucratiua. ibi in partu non est ti. supple separatus et distinctus a re empta. nam potest dici qd habetur titulus in partu scilicet in concreto cum ipsa re. de quo plene in. d. l. si ancille. Et adde etiam qd habetur in. l. lege falcidia placuit. ff. ad legem falcidiam.

Summarium.

1 Prorogatio indistincta refertur ad omnia.
2 Prorogari potest qd diem non habet.

Titio centum. Prorogatio dici legator facta simpliciter refertur etiam ad legatum quod habet in diem. hoc dicit.
1 ¶ † Item no. qd vniuersalis et indistincta prorogatio refertur ad omnia. secus si fuisset limitata. l. talis scriptura. s. ti.
2 j. ¶ † Item no. qd prorogari dicitur etiam quod diem no habet. et sic facit sm Bal. qd si iudex etiam post lapsum terminum dicat prorogo tibi terminum vsq ad. x. dies qd valebit talis prorogatio et habebit terminum. x. dierum qd notandum. ¶ In glos. si. in fi. So. vt no. in. l. talis scriptura. in versi. presenti die. s. titu. j. ¶ Item potes dicere qd non obstat si bene ponderetur. imo potius concordat.

Summarium.

1 Testatorem loqui cum quouis in vltima voluntate non refert.
2 Donatio verbum fideicommissi vim habet simpliciter prolatu.
3 Prelegata non veniunt in substitutione vulgari.

Miles ad sororem. Non refert cu quo quis loquatur qua
1 do verba dispositiue proferuntur. ¶ Item not. qd no refert cum quo testator in vltima voluntate loquatur secundum quem dirigatur intentio. l. cum pater. §. donationis.
2 ff. eo. ¶ † Item no. qd verbum donatio simpliciter prolatum habet vim fideicommissi quando non potest habere vim donationis quod intellige dummodo adsit numerus testium sufficiens ad fideicommissum. et sic facit qd si filiussa. patre consentiente facit testamentum. deinde dicat qd si non valeat iure testameti valeat iure donationis causa mortis alterius vltime volutatis. qd si ille cui relinquit non est presens nil valeat: cum non possit testari vel codicillari etiam parte consentiente. l. qui in potestate. coniuncta. l. ij. s. titu. j. Nec valebit etiam vt donatio cau. mor. ex quo pars non est presens. l. inter mortis. ff. de dona. cau. mor. et p Cy. in. l. j. ad finem. C. de dona. cau. mor. et in. l. seruum. §. fi. C. qui test. face. pos. Item facit iste tex. qd si habens potestatem codicillandi coram quinq testibus dicat dono causa mortis titio decem si titius sit absens: licet non valeat vt donatio causa mortis valebit vt fideicommissum. de quo per Cy. in. d. l. j. et facit qd dixi in. l. vt heredibus. s. eodem.

3 **Pro parte.** † Prelegata non veniunt in substitutione vulgari. hoc dicit. ¶ In tex. ibi partes hereditatis. dic etiam respectu patris hereditarie qua habebat in prelegatis.

in prelegatis. ¶ Item no. quod dixi in summario: et intellige pro parte coheredum pro qua tenuerit prelegato. sed pro parte hereditaria ipsius cui facta fuerunt prelegata pro qua non tenebat cum a seipso sibiipsi non possit relinqui. l. legatum. §. heredi. ff. ti. j. bene veniunt si decedat ante aditam hereditatem. secus si repudiaret. l. sextilia. ff. tit. j. ¶ In gloss. constituerit. ibi sol. vt ibi. Hanc primam videtur sequi hic Bal. sed non est bona: quia secundum illam sequeretur quod si repudiaret hereditatem non haberet integra prelegata. quod esset contra. l. sextilia. ff. tit. j. Secunda etiam sol. glo. non videtur bona: quia conditio si heres non erit videtur verificari in vltimo momento vite in quo non potest declarare an adeat: vt est tex. cum glos. in. l. vlti. ff. quando di. lega. ced. et. l. arboribus. §. cum quidam. ff. ti. j. ideo dum glo. dixit quod videtur inesse conditio si heres non erit. melius dixisset si non repudiauerit. que non verificatur eo viuo. et ideo si decedit hereditate non adita nec repudiata pro portione hereditaria non debentur prelegata. Et si dicas cum conditio illa tacite insit debet impedire transmissionem. l. conditiones que extrinsecus. ff. de condi. et demonst. dic illud verum nisi inesset ex presumpta mente testantis. arg. l. legata. ff. de condi. et demon. vel nisi sit conditio que pendeat a potestate legatarij. ar. l. si ita relictum. §. illi si volet. ff. ti. j. vt est hic casus valde nota. limitans. d. l. conditiones. Secunda autem solutio non est bona: quia ratio legis contrarie non fundatur ex eo quod ibi fuerit suus heres. ¶ In ea. glo. ibi. l. cum questio. melius facit. l. cum responso. et forte gl. est corrupta vitio scriptoris.

Summarium.

1 Testatus pro parte et pro parte intestatus ex postfacto pot quis decedere.
2 Legata diuiduntur diuersis iuribus testamenti.
3 Legatum quandoque affert incommodum.
4 Heres vsumfructum retinere nequit.
5 Demonstratio falsa non nocet legato.
6 Dictio ex denotat causam proximam.
7 Causa impediens in accessorijs potentior est quam in principali.
8 Comparatiui natura que sit.
9 Superior non semper quemlibet electum confirmare debet.
10 Legatum quis perdere non debet si per eum non stet quo minus onus acceptet.

Cum filius. Si testamentum rumpitur pro parte prelegata predicta pro parte non debentur: sicut nec legata facta extraneis. libertates vero prestantur insolidum pro seruitute. aut actio datur insolidum: sed pro parte obstat exceptio nisi partis estimatio offeratur. hoc dicit. Et primo loquitur de legatis diuiduis. Secundo de indiuiduis. secunda ibi: sed libertates. Et illa primo tractat de legato libertatis: secundo de legato seruitutis. secunda ibi quod non erit. ¶ In tex. ibi: filius. subaudi exheredatus a matre vel etiam preteritus: cum preteritio matris habeatur pro exheredatione: vt in. §. mater. insti. de exhereda. libe. et. ff. de inoffi. testa. l. cum filius. ¶ In tex. ibi. varie sunt. subaudi: quia contra vnum obtinuit: quia ille non probabit filium ingratum. et contra alium non obtinuit quia ille probabit eum ingratum. facit. l. liberi. et. l. omnimodo. et quod ibi not. C. de inoffi. testamen. ¶ In text. ibi precio accepto. s. pro parte sua

1 pro qua vicit. † Not. quod ex postfacto potest quis decedere pro parte testatus et pro parte intestatus. licet a principio sit secus. ff. de regu. iuris. l. ius nostrum. ¶ Item not. quod inter diuersos etiam coram vno iudice possunt ferri diuerse sententie etiam su-

5 actiōes ex trebelliano. h. d. cū se. vsq ad l. apud iul. ff. eo. ¶ † No. qd vbi heres cogit adire coactio debet fieri taliter qd sit absq aliquo dāno vel detrimēto heredis. ¶ Itē not. qd verba suspensiua sui natura idē operant qd dispositiua quādo proferunt post terminū datū ad declarandū. idem dicit hic Ange. si sermo dirigat ad eū qui certus debet reddi ex responso intellige precedēte iure cōmuni de quo remittit ad notata per se in l. qui se patris & l. gerit. ff. de acqui. here. ¶ In glo. super verbo ei. ibi sed nō ita si ante diē. imo idē si ante diem fiat restitutio si fieri debebat in diē certum. l. cogi. §. cū quidā. ff. eo. vnde tunc ante diē transibunt actiones ex trebelliano si ante fiat restitutio vt ibi patet nec ob. l. sed si ante. ff. eo. qz debet intelligi de die incerta que habetur pro conditione. l. dies incertus. ff. de cōdi. & demō. Et hoc forte voluit glos. in ver. vel dic que deberet hic iūgi. Et hoc sequit hic Dy. & cōiter doc. ¶ Itē aduerte qz ad l. sed si alio. posset dici qd ibi loquit qn aderat causa reipublice ideo ne aduocet ab ipsa causa fauore reipublice nō cogit ire ad locū destinatū per testatorē s3 pōt cogi in loco vbi est causa reipublice qz per talē coactionē que momēto expedit nō aduocat a cā reipublice. l. si legatus. in prin. ff. eo. Fateor tñ qd si qs velit sponte restituere in loco vbi est cōsentiat fideicōmissarius qd transibunt actiones ex trebelliano sicut & qn qs rogatur de restituendo expresse in diem certā si sponte restituit trāsferunt actiones. Nā & hoc casu tacite inest dies a lege infra quā pōt cōmode ire ad locū. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de ver. ob. ¶ Et ex pdictis patet qd iussus de restituēdo in certo loco pōt ille cogi a creditore nisi aliqua iusta causa eū excuset. An autē cōsentiente fideicōmissario pōt in aliquo loco restitui patet ex pdictis. ¶ In gloss. super verbo debere in fi. Sed an habebitur ratio expensarū quas heres domi erat facturus vt sic fideicōmissarius tātomin' teneat dare. & idē posset queri de testib' & iudice delegato quib' debēt ministrari sumptus itineris. vr qd sic per l. sed si hereditatis. §. j. ff. ad exhib. S3 Xtrariū determinat glo. singularis in c. statutū. §. insuper de rescrip. li. vj. nec ob. d. l. s3 si hereditas qz ibi latitabat quis ad vtilitatē suā sed testis & iudex interueniūt ad vtilitatē alienā. Et similiter hic heres ad vtilitatē fideicōmissarij q valde est notādū & sequit hic Ang. ¶ In glo. super verbo adire ibi personaliter. hoc clarum si hoc fuerit expressum quasi tacite subintelligatur per id qd habet in l. fi. ff. de cōdi. insti. facit qd tetigi in l. si sic. ff. de ver. ob. ¶ In glo. sup verbo vespelionis ibi vel qui nō videt. Quelibet potest esse bona. nā secūdū quālibet videtur sonare in turpe nomē tñ primā sequit hugo in verbo video. In glo. super verbo de etate in fi. De dignitate non ponit exemplū in litera. sed potest poni qn esset rogatus in aliqua dignitate pter quā semper indecēs esset cogi ipsum ire de loco ad locū. facit qd habetur in l. ad personas egregias. ff. de iureiuran. ¶ In glo. super verbo liceat ibi fit inde & delegatus. facit qd no. glo. in c. statutū. cū ibi not. de rescrip. li. vj. ¶ Posset etiā poni exemplū qn aer esset corruptus & pestiferus in loco vt est glo. ordinaria cū ter. valde singulari in c. ad supplicationē. extra de renun. facit qd no. glo. in l. j. ff. de bo. pos. ex te. mili. ¶ In ead. glo. in fi. & sic facit qd citatus ad locū non tutū non teneat cōparere & per cōsequēs citatio non arctet eū. facit. l. sciendū. ff. de legationibus. Et hoc sequit Bar. si locus notorie esset non tutus per cle. pastoralis. de re iudi.

iudi. Ang. vero hic remittit ad notata per se in sua questiõe que incipit bononiensis bannitus. Tu potes pro modo dicere qđ si causa est ardua qđ in illa non tenet quis mittere procuratorem si non vult imo etiã nec interdũ potest. facit qđ habet in. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. ⁊ procedat dictũ Bar. ⁊ sic ꝓprie loquit dicta cle. pastoralis. que loquitur in causa capitali. facit qđ no. in. c. querelã. extra de procu. ⁊ in. l. j. ff. de diuer. ⁊ temp. prescrip. ⁊ qđ no. glo. in cle. causam. in prin. de elec. secus si nõ esset tutus etiam procurator qꝛ tũc penitus non arctaretur. pro hoc facit qꝛ ex quo iudici notoriũ est impedimentũ si procedat processus est nullus per ea que habent in. l. quesitũ. j. de re iudi. Si autẽ locus nõ esset tutus cũ hoc non esset notoriũ tunc si cõstat iudicẽ hoc scire tunc dic per oĩa idem vt est proxime dictũ per dictã. l. quesitũ. Si autẽ non constat iudicẽ scire tũc videt qđ citatio in dubio arctet adeo qđ ꝓcessus de mero rigore tenebit tamen dare debebit restitutio in integrũ si nõ potuit cõparere per se nec per procuratorẽ ex quo fuit iuste impeditus per ea que habent in. l. fi. ff. de resti. in inte. ⁊ d. l. quesitũ. Si autẽ potuisset per procuratorẽ cõparere debuisset si causa erat leuis. Si autẽ erat ardua tunc licet excuset a comparendo ⁊ etiã a mittendo ꝓcuratorẽ super plena defensione tamẽ videtur qđ debuit mittere procuratorẽ si potuit ad allegãdũ impedimentũ per ea que habent in. d. c. querelã. ⁊ que habent etiã in. c. ex parte. el primo. extra de ap. Forte tamen si nõ miserit licet teneat processus de rigore tamen poterit restitui sicut ⁊ alias quãdo procedit contra iuste impeditum secũdũ ea que habent in. d. l. fina. de resti. in inte. ⁊ in. d. c. querelam. An autem possit appellari ab assignatione loci non securi. An vero sit necesse qđ prius ꝓponat exceptionẽ de hoc corã iudice si potest per se vel per aliũ multũ dubitauit Joã. an. in. d. c. ex parte. Et fuit opi. inter Inn. ⁊ Host. ⁊ satis videt qđ si cõmode potuit ꝓponere exceptiõem debeat etiã illã probare vt si iudex non admittat debeat appellare: qꝛ appellatio ab interlocutoria cum debeat iustificari ex eisdem actis vt in cle. appellanti. de appellationi. ⁊ plene per Bart. in. l. ij. de ap. re. ⁊. l. ait pretor. §. permittitur. ff. de mino. nõ posset bene iustificari secus si non potuisset ꝓponere ex quo in effectu pur nõ reperit grauatus. ⁊. l. vel canon non obligat ad impossibile vt. j. de reg. iur. l. impossibiliũ ⁊ eo. ti. c. nemo põt. in. vj. Ideo puto qđ hoc casu poterit iustificari appellatio ab interlocutoria ex nouiter agitandis ⁊ sic limito cle. appellanti. Et hoc puto esse de mente Joã. an. licet hoc non appareat bene in. d. c. ex parte. Similiter si notoriũ esset locum non esse tutum satis puto qđ statim possit appellari: qꝛ propter notorietatẽ poterit iustificari ex eisdẽ act. ap. Et sic poterũt cõcordari opi. ¶ In glos. super verbo absit ibi puta mutine. non credo hanc glos. veram si alias heres sortiatur ibi domiciliũ sed si ibi sortiat domiciliũ licet abesset causa reipublice posset ꝓcedere glo. per ea que habentur in. l. si legatus. j. eo. non enim videtur de mente iuris qđ in alio loco quã in quo sortiatur forum possit conueniri nisi sustinendo gloss. dicas speciale propter magnũ periculũ ne possit contingere fideicõmissariũ defraudari suo fideicõmisso si forte heres ante aditionẽ decederet. vnde in hoc statuatur speciale sicut statuitur qđ ad instantiam fideicommissarij conditionalis etiã ante euentum conditionis cogitur adire vt. j. eo. l. apud iul. §. vtrum.

Si quis sub conditione.

Summatus est iste. §. cum prece
6 denti. ¶ † No. qđ si institutus sub cõditione ante cõditionẽ adit ⁊ hereditatem restituit nihil agit. ¶ Item no. quod dicta restitutio cõfirmatur si post euentũ conditionis ratificetur. Nã saltem ex tempore ratihabitionis trãseunt actiones. ¶ Itẽ not. qđ illud vulgatum qđ vbi restituitur hereditas aliter quã voluit testator nõ trãseunt actiones ex trebelliano. qđ est verũ quãdo fit restitutio ante conditionem vel diem incertũ qui habetur pro conditione. secus si ante diem certam vt dixi. ff. in. §. si quis. ⁊ dicã. j. eod. l. cogi. §. cũ quidã. ¶ In glo. super verbo nihil agit. ibi sed nõ restituere certe imo potest etiã cogi restituere per. l. apud iul. §. vtruꝫ ⁊. l. ille a quo. cũ ibi not. in prin. j. eo. scđm Ray. ¶ In ea. glos. ibi non valet sub. vt transeãt actiones ex trebelliano. sed bene videt valere ex vi cuiusdã largitatis ⁊ cõditionalis donationis. Et sic potest intelligi. l. post mortem. C. de fideicõ. Intelligendo qđ ibi heres post mortem ipsius heredis fuerit rogatus de restituendo vt tangit ibi glo. j. quo casu fideicõmissum videtur conditionale. nec certũ est conditionem omnino exituram: qꝛ non est certũ heredem mori ante fideicõmissariũ. l. heres meus. ff. de condi. ⁊ demon. Et sic eadem est ratio que in alia conditionali casuali. Si autem fuisset rogatus de restituendo post mortem fideicõmissarij tunc esset dies incerta que non faceret conditionem quã certũ est omnino exiturã licet non quando ⁊ tunc posset procedere qđ
7 sequitur in glo. in ver. si autem. ¶ † Et aduerte quia quãdo trãseunt actiones ex trebelliano heres nõ remanet obligatus in effectu qꝛ competit sibi exceptio. l. j. §. j. ff. eo. secus quãdo ex vi donationis ⁊ ex vi venditionis. l. j. ⁊. ij. ⁊ per totũ. C. de here. ven. transfertur tamen vtrobiqꝫ potestas agendi in ipsum fideicõmissariũ vt ipse agere potest sed non conueniri nisi quãdo ex trebel. ¶ In ea. glos. in fi. qꝛ ibi quãdo incerte ꝑsone debebat fieri. quo casu ita demum valet si persona electa superueniat ⁊ non mutetur volũtas. secus quãdo certe persone vt in. l. post mortem. C. de fideicõ. ¶ Et hec faciunt ad questionem quando heres est rogatus de restituendo pauperibus post mortem suã vt non possit ante mortem suam aliquos eligere ⁊ illis restituere qđ sequit hic Bart. ⁊ ang. ¶ Sed in cõtrariũ facit qꝛ dilatio videtur facta mero fauore heredis cũ distributio respiciat piam causam. ⁊ testatoris intersit quãto citiꝰ fieri potest illã fieri pro salute anime in remediũ peccatorum. xiiij. q. ij. anime defunctorũ. facit qđ dixi in. l. filiussa. §. diuus. ff. de leg. j. Sed si vis sustinere dictã opi. potes dicere qđ hoc non debet attendi sed solum id qđ possibile est personam electam postea non superesse ⁊ sic alteri fieret preiudicium qui deberet tunc eligi sicut in simili quando rogatur de restituendo post mortem suã vni de familia. Nam tũc non videtur testator magis affici ad vnũ quã ad aliũ. Et sic mero fauore heredis videt facta dilatio ⁊ tamen non potest fieri restitutio ante mortẽ. facit qđ dixi in. l. stipulatio ista. §. inter cetera. j. de ver. ob. ¶ In glo. sup verbo ante diẽ in fi. Et sic videt hec glo. intelligere istã. l. in instituto sub conditione vel die incerta. Et sic prosequitur eundem casum quẽ. §. precedens. Sed certe vt dixit hic Cyn. põt intelligi qđ ponat aliũ nouũ casum. s. quãdo fuit institutus pure ⁊ rogatus de restituẽdo sub conditione vel die incerta que habeat vim conditionis. Et hoc etiã satis videt de mente Bar. licet nõ sic clare loquatur. secus si dies fuisset certa per. l. cogi. §. cum quidã. j. eo. ⁊. l. recusare. §. fi. ff. eo. ¶ In glo. super verbo notata. ibi nisi gratia fideicõmissarij. sed certe nõ erat gratia fideicõmissarij in. d. l. post mortem. si intelligas qđ ibi loquatur de die mortis heredis cum reddat fideicõmissuꝫ cõditionale. ideo dic vt dixi. ff. §. pri. Et ad de dictis Bar. circa id qđ dicit de conditione potestatiua si alexãdriã ierit. Nã sua so. nõ videtur perfecta per ea que habent in lege cũ ita datur. ff. de condi. ⁊ demon. Sed potes recurrere ad ea que habentur per Ang. in. l. facta. §. si in danda ⁊. j. si sub cõditione. j. eo. qꝛ si cõditio est potestatiua ad commodũ sui omnino debeat impleri sed si veniat implenda ad commodũ alienũ sicut est fideicõmissum: si faciliter potest impleri debet cogi alias remittitur vt ibi patet ⁊ sic intelligitur hic.

Summarium.

1 ☞ Senatusconsultum trebellianum locum habere dicitur vbi fideicommissum vniuersale in testamento paterno relinquitur.
2 Aditione coacta confirmantur in testamento contenta.
3 Datio coheredis tollit existentiam sui heredis.
4 Datio coheredis extranei non impedit effectum suitatis nec trãsmissionem hereditatis.
5 Substitutio tacita pupillaris nõ continetur in expressa vulgari.
6 Potentia abstinendi an dari censeatur per dationem substituti vulgaris.
7 Adiens coacte non tenetur perinde ac si non adijsset.
8 Procurator qui ad agendum constituitur cum cautione admittitur si de mandato dubitetur.
9 Principis factum de facili trahitur in exemplum.
10 Beneficium nemini debet concedi cum preiudicio tertij.



Apud iulianũ.

Heres non põt cogi adire nisi omnino dãnũ qđ timet sibi resarciatur ⁊ similiter lucrũ vel a pretore remittat. h. d. ¶ No. qđ vbi ex forma legis vel statuti potest cogi quis aliquid facere ad instãtiã alterius ⁊ ipsiꝰ alterius commodũ qđ intelligitur qđ ita demum possit cogi si ex hoc dãnum nõ potest pati vel si sibi resarciatur. ¶ Et sic facit qđ si statutum disponat posse electos in arbitratores cogi ad acceptandũ. nam de iure non possunt. l. iiij. §. tam ⁊ si. ff. de arbit. si tamen acceptant possunt cogi arbitrari vt ibi ⁊ no. per glo. ⁊ doc. in. l. j. ff. de leg. ij. qđ tale statutũ debet intelligi nisi ex acceptatione aliqđ dãnum posset pati vel aliqđ lucrum perdere: qꝛ tunc nõ poterit cogi nisi tale damnum ⁊ lucrum resarciatur. facit qđ habetur in. l. ⁊ licet. ff. de arb. ⁊ qđ habetur in. l. nec quis. cũ concordantijs. C. de eman. lib. qꝛ beneficium alteri concessuꝫ debet intelligi sine alicuius preiudicio. ¶ In glo. super verbo legatũ. in fi. idem si habuisset substitutum vulgarem. facit qđ habetur in. l. si patroni. §. fi. j. eo. ¶ In glo. ij. ibi nisi causatiue. improprie loquitur scđm Bar. ⁊ Ray. qꝛ imo precise fuit coactus. sed vult dicere qđ nõ repudiauit omnino spontanee sed causatiue ne perderet legatũ ideo videbatur qđ posset detrahere quartam. tamen contrariũ est per rationem que sequitur in glo.

Idem iulianus ait.

Legitur duobus modis vno modo qđ loquat de tacita vulgari ad cuius confirmationem requiratur aditio. Et hanc sequitur glo. Dy. ⁊ Ray. Et scđm ipsos hoc intendit. Ad confirmationem tacite vulgaris requiritur aditio ex testamẽto paterno. h. d. Alia lec. est quam sequitur oldr. vt hic refert Cy. ⁊

Ray. & ipsam etiam sequitur Barto. & communiter moderni. s. qd loquatur de pupillari expressa. ad cuius cõfirmationem adeatur hereditas ex paterno. Et secundum istam breuiter hoc intendit propter fideicommissum relictum in secun. tab. cogitur institutus in testamento paterno adire vt pupillares tabule & fideicõmissum per consequens in eis relictum confirmetur. hoc dicit.
1 ¶ †Not. qd nedum quando fideicommissum vniuersale est relictum in testamento paterno habet locum remedium senatuscon. treb. imo & si sit relictum in secun. tab. i. in tab. pupillaribus. Et ex hoc collige rationem dubitandi pro ratione decidendi. bene
2 facit. l. patris & filij. s. de vulga. & pupil. ¶ †Item not. qd per aditionem etiam coactam confirmentur omnia in testamento contenta. facit. l. nam qd. §. si quis compulsus. j. eo. Et ratio est quia
3 coacta voluntas/voluntas est vt. s. in prin. huius. l. ¶ †Item no. qd datio coheredis videtur tollere existentiam sui heredis & ad hoc sepe alle. iste. §. qd patet quia alias si non fuisset sublata confirmate forent absq; alia aditione tabule pupillares. l. filius qui se paterna hereditate. & l. iul. scribit alias incipit. l. si pupillus. s. de acquiren. here. & j. de priui. credi. l. pater. & hoc tenuerunt aliqui simpliciter. Alij dixerunt hoc verum quando est coheres extraneus. secus si de suis per. l. si filius qui se patri. s. de vulg. & pu. Et hoc communiter tenetur de quo plene ibi dixi & aliquid tangetur cum glo. ¶ In gloss. super verbo si duo. ibi extranei. forte gloss. hoc dixit qr sic videtur esse de mente litere. Potuit etiã hoc dixisse quasi voluisset secus esse si fuerit de suis per dictam. l. si filius qui patri. s. de vulga. & pupil. & facit qd no. glo. in. l. quidam eulogio. C. de iure deli. & quod ibi dicetur. ¶ In gloss. super verbo substituti. ibi non tamen fuit adita. hoc ideo dicit qr si pupillus adiuisset partem suam fuisset confirmatum testamentũ & tabule pupillares. l. si seruo. s. de test. tu. ¶ In ead. glo. ibi ex tacita vulgari. prosequitur glo. intentũ quem glo. tenet. j. in verbo substitutione. & in verbo hereditate. quem sequitur Dyn. vt dixi in euidentialibus. ¶ In glo. super verbo adire ibi non in asse. glo. diceret verum si fideicommissum non fuisset relictũ. sed propter fideicommissum vniuersale qd potest relinqui etiã a substituto exheredati ex quo fuit institutus in paterno. l. in ratione. §. fin. s. ti. ij. potest cogi adire paternam etiam si illã repudiauit. & consequenter pupillarem per. l. ita tamen. §. qui suspectam. j. eo. Et facit etiam ad materiam qd not. gloss. in. d. l. quidã eulogio. ¶ In glo. super verbo hereditatem in prin. huius glo. subaudi scilicet patris & tunc bene adaptabuntur verba sequentia glossa.
¶ In ea. glo. ibi. §. defertur. & sic intelligit glo. istum tex. in tacita vulgari comprehensa in pupillari que requirit aditionez ad sui confirmationem sicut & expressa pupillaris vt sic tacitum & accessorium reguletur secundum naturã principalis expressi arg. de regu. iur. c. accessorium lib. vj. sed contrarium tenuit glos. in. l. lex cornel. & l. si pater. s. de vulg. & pupil. & de ven. inspi. l. pe. in prin. & illas sequitur hic Bar. & pro ista parte etiam facit vt non intelligatur hic de tacita vulgari sed de pupillari expressa: qr cuz per tacitam vulgarem succedatur ipsi testatori secũdum veram opi. insti. de vul. sub. in prin. Et no. Barto. in. l. j. & ij. s. de vulg. & pu. ex quo adita esset hereditas ex institutione & sic ex primo gradu propter qd successissent in hereditate paterna frustra videt̃ q ille qui adiuit deberet cogi adire ex substitutione vulgari arg. l. propias. C. de leg. Cuius tamen contrarium hic innuit̃. ¶ Hanc em̃ lec. reprobauit hic Ol. qr scdm̃ euz sequeretur qd si filius esset institutus & datus substitutus pupillaris nõ posset substitutus habere hereditatem pupilli si pupillus decederet hereditate nõ adita quod est contra. l. iul. scribit alias. l. si pupillus. & l. si filius qui se paterna. s. de acquiren. here. & d. l. pater. de priui. credi. & eadẽ ratione dicit idem quando habet coheredem. ideo intellexit hic de pupillari & q pupillus habeat bona aliunde q̃sita ex successione forte materna vel aliunde. ¶ Sed aduerte quia oldra. innuit quod parificentur casus quando pupillus non habet coheredẽ & quando habet & sic sentit quod nullo casuum predictorum tollatur suitas seu eius effectus quod videtur contra hunc text. qui aperte innuit tabulas pupillares cõfirmari per aditionem fiendam per vnum ex heredibus adeuntem ex institutione & ex testamento paterno. Nisi dicas qd hic suspensa erat suitas: qr forte fuerat institut⁹ sub conditione potestatiua ille filius. Sed diuinare est & destruere literam. Nec placet etiam si dicas qd hic effectus existentie fuit sublatus per dationem coheredis extranei ex quo fuit etiam substitutus qr certuz est qd sola substitutio pupillaris non impedit suitatem. d. l. iulia. scribit. & d. l. si filius. Si ergo sola datio heredis nõ impediret nõ debet impedire simul coniuncte ex quo neutrũ haberet operari. l. spadonem. §. qui iura multa. s. de excu. tu. Nec placet si dicas dũ litera dicit cõfirmatis sub. ad cautelã vt satisfiat voluntati fideicõmissarij & vt res esset magis clara & ne in posterũ posset in dubiũ reuocari an filius fuerit suus per not. in simili per glo. & doc. in. l. ita tamen. §. si pater. j. e. iuncta. l. iij. cũ ibi no. C. de pig. qr est literã violare que aperte innuit ante aditionẽ factã per vnum ex heredib⁹ tabulas nullaten⁹ confirmatas. Ideo hec lec. old. nõ videtur perfecta. ¶ Preterea longa videtur differentia an filius solus fuit institutus an vero habeat coheredem. nam tunc vt dicebat Dy. videtur testator per dationem heredis recedere a prouisione legis extraordinaria & recurrere ad remedium ordinarium ideo &c. ar. l. fi. C. de pac. Et propter hoc Ray. hic stabat cum Dy. sed vt dixi nõ placet qr hic loquitur de tacita vulgari. sed debet intelligi de expressa pupillari prout intellexit oldra. que in hoc bene dixit. & ideo non operetur hic existentia qr habebat coheredem extraneum vt tetigi cuz al. j. secus si habuisset coheredem suum per. l. si filius qui patri. s. de vul. & pup. nam tunc non videtur recedere sed confidere de prouisione legis. nec placet ratio Ang. per quam dicit dationem coheredis extranei impedire effectũ suitatis ex eo qr testator videtur dare filio potestatem abstinendi sicut & per dationem substituti vulgaris ar. l. j. §. si proponatur. s. si quis omis. cau. test. Nam hoc videtur falsum. & contra. l. cum hereditate. & l. ex parte. s. de acqui. here. & l. ij. §. fin. s. de vsucap. pro herede. ¶ An autem per dationem substituti vulgaris videantur h̃re potestatem abstinẽdi tetigi in. d. l. si filius qui se patri. & aliquid infra dicetur. Sed
4 tunc vlterius ob. quod habetur in. l. iij. C. de iure deli. †vbi vr̃ casus expressus qd datio co heredis extranei non impediat effectũ suitatis. vnde non impedit trãsmissionem hereditatis que fit ex vigore suitatis s̃m ea que plene habentur in. l. apud hostes. C. de suis & le. & per Bar. in. l. ventre. s. de acqui. here. Sed potest dici qd non impeditur effectus suitatis quo ad ea que veniunt extrinsecus & non immediate ex testamento sed mediate a lege vt est in beneficio trãsmissionis. sed quo ad ea que pendent ex testamento immediate vt confirmatio tabularum pupillarum que non possunt h̃re vires nisi confirmato paterno bene impediatur effectus suitatis. & ita intelligatur hic vt etiam voluit Bar. in. d. l. si filius qui patri. ¶ Et si dicatur si operatur suitas quo ad transmissionem & transmissio fiat ex eo titulo ex quo delata est hereditas & sic ex testamento. ergo videtur operari etiam circa ea que sunt ex testamento propter qd aliqui hanc opi. reprobant. Sed tu potes saluare qd licet operetur trãsmissionem ad heredem pupilli & sic oportet per prius qd reperiatur aliquis esse heres pupilli in quẽ fiat transmissio. Et sic non potest venire ex pupillari ad eandem hereditatẽ pupilli nisi prius tabule pupillares reperiantur cõfirmate. Ipsis autem cõfirmatis adiri poterit ex pupillari hereditas pupilli in qua saltem inuenietur istud ius transmissionis & sic poterit se immiscere hereditati paterne. Nam transmisit illaz ad suum heredem cum beneficio abstinendi prout erat penes se. l. si quis filium. §. j. s. de acqui. here. Et per hoc patet qd nõ est necesse diuinare prout hic diuinat oldra. Bar. & Ang. & communiter moderni qd pupillus habuerit bona aliunde quesita. ¶ Et aduerte qr videtur etiam qd hoc casu sufficeret substitutum adire ex substitutione pupillari ad hoc vt restituat fideicommissario. qr eodem modo est penes heredem pupilli quo erat penes ipsuz. Et sic sicut sufficit in ipso pupillo qd restituat. l. ita tamen. §. si pater. j. e. ita & in eius herede. Nec placet etiam qd ideo hic cogatur vnus ex heredibus adire propter fideicõmissum & qd tabule pupillares ex existentia essent confirmate. qr hoc est contra mentem litere que vult institutum cogi adire ad effectum confirmatiõis pupillarium non tamen ad effectum fideicommissi alias debuisset immediate cogi adire ex substitutione & restituere per dictam l. ita tamen. §. si pater. j. e. Et sic ex predictis patet conclusio quaz communiter etiaz tenent moderni & sequitur etiam Ang. & bal. qd datio coheredis extranei impedit effectũ suitatis quo ad effectum confirmationis tabularum pupillarium. Et idem sentiũt de datione substituti vulgaris sed quo ad effectum transmissionis non impedit datio coheredis sed de substituto vulgari est opi. de qua in. l. si filius qui heres. s. de lib. & posth. ¶ In ea. glos. ibi nisi cogeretur heres adire. Naz tunc qr repudiatio ipsius heredis qui potest cogi non habetur effectum non habetur pro repudiatione. l. post consanguineos. §. fi. j. de suis & legi. s̃m Jacob. de are. Oldr. & Ray. ¶ In eb gl. ibi ex fictione iuris. Et sic est mens gl. qr per ius accrescendi qd prouenit ex prouisione legis. facit qd habetur in. l. si titio & meuio. §. fi. s. de le. ij. ¶ Extra glo. inducit
5 iste tex. †q in expressa pupillari vulgari non contineatur tacita pupillaris. qd videt̃ contra. l. nã hoc iure. s. de vulg. et pup. Sed dic primo qd istud argumentũ colligit solũ tenendo opi. gloss. et Dy. secus si teneatur opi. Oldra. & Bart. ¶ Itẽ tenẽdo opi. Dy. potest responderi vt hic tangit Cy. & Ray. qd istud est ex eo qr pupillaris exp̃ssa nõ valebat pp̃ter nõ aditã hereditatẽ. l. ij. §. adeo. s. de vul. & pu. Secus si valeret vt in cõtrarijs. Vel secũdo potest dici qd bene contineẗ sed non h3 effectũ eo casu quo nõ valet ipa pupillaris expressa qr sicut ipsa pupillaris expresse tũc nõ h3 effectũ ita nec vulgaris tacita in ea contẽta cũ tacitũ videatur sequi de bere naturã expressi & accessoriũ naturã principalis. l. iij. s. de serui. vrb. pred. & de reg. iu. c. accessoriũ li. vj. Et ideo sicut per aditionem coactã cõfirmat̃ pupillaris expressa vt hic & j. eo. l. nã qd. §. si quis compulsus. ita & vulgaris tacita. Sed tenẽdo qd vulgaris tacita nõ

tacita non requirat ad sui cõfirmationem aditionẽ prout tenuit
hic Bal. et glo. in. l. lex cornel. ff. de vulga. et pupil. et in alijs. ff. alle.
Potes respondere ad dictã. l. iij. §. fi. et ad dictã regulã accessoriũ
qđ hic tacitũ est eque principale ad ipsum expressum. ideo vitia-
to eo expresso non per hoc vitiatur tacitum. l. si fideiussor. §. j. cum
ibi no. per Bar. ff. de leg. j. et plene per Bar. in. l. j. et. ij. ff. de vulg. et
6 pupil. Secus quãdo tacitũ est accessoriũ vt dictis. ll. ¶ † Ultimo
qꝛ tetigi. ff. an per dationẽ substituti vulgaris videatur data po-
tentia abstinendi videť esse dubiũ. nam videtur qđ non per text.
cum gloss. insti. de vulg. sub. in prin. ¶ In contrariũ videtur per
no. per glo. in. l. pap. §. quarta. ff. de inof. test. et. ff. de lib et posth. l.
si filius heres cũ ibi no. Posses distinguere inter seruum necessa
rium et alium heredem suum vt etiã tetigi in. l. si filius qui patri.
ad fi. ff. de vul. et pup. Nã in necessario seruo si substitutio est fa-
cta simpliciter vel in casu non potentie nõ videtur data potestas
abstinendi vt in dicto tex. cum glo. insti. de vulg. sub. et. ff. de vul. et
pu. l. põt. Nã ibi in dubio videtur testator elegisse viam per quã
magis sua dispositio sortiatur effectum arg. l. iij. ff. de test. mi. Si
autem substitutio sit facta si heres esse voluerit et sic in casu volũ-
tatis videatur data potentia abstinendi prout sonant verba sub
stitutionis. facit. l. verba. ff. de condi. insti. Si autẽ esset facta sub
conditione si heres non erit est magis dubium: qꝛ videtur qđ cõ
prehendat casum si esse nõ potuerit vel noluerit per. l. iij. C. de he-
re. insti. et sic etiã in casum volũtatis. ¶ In cõtrarium facit qꝛ in
dubio nõ deberet fieri interpretatio vt testator senserit de illa via
per quam melius sola voluntas possit habere effectum. Et sic so-
lum de casu impotentie et pro hoc etiam: qꝛ eadem ratio videtur
siue simpliciter substituat vulgariter seruo necessario siue sub cõ-
ditione si heres non erit qꝛ etiã substitutio simplex vulgaris est
apta nata sui natura comprehendere actum impotentie et casum
voluntatis vt. d. l. iij. Et hec pars videtur verior de iure. Sed in
contrariũ videtur casus in. l. cũ seruus. ff. de condi. insti. presertim
scdm intel. Bar. Sed potes respondere dupliciter. primo qđ ille
intellectus non est verus et dum ibi dicit cõditionem intelligi re-
petitã in legato debet intelligi hoc est de ipsa libertate nõ autem
de conditione adiecta institutioni per hoc qđ habetur in. l. auia.
in prin. et qđ ibi dixi. ff. de condi. et de. Uel secundo si tenes opin.
Bar. ibi qđ intelligatur cõditio adiecta institutioni repetita in
legato. Potes dicere qđ ideo ibi illa verba si heres non erit im-
portant casum voluntatis qꝛ necessario oportet sic intelligi. Nam
ex quo cõditio institutionis intelligitur repetita in legato neces-
sario oportet intelligi si heres non erit postquam conditio exti-
terit. hoc autẽ esse non potest nisi intelligatur data potestas absti
nendi: qꝛ ex quo extitit conditio institutionis et libertatis sequi-
tur qđ tunc debet esse necessarius heres per. l. j. et per totum. C. de
nece. ser. here. insti. Et sic nisi dicta verba si heres non erit intelli-
gantur. i. noluerit nõ possent sortiri effectũ. ¶ In filio autẽ quid
dicendũ tetigi in. l. si filius heres. et. d. l. si filius qui patri. et cũ di-
stinctione quã ibi tetigi videtur transire Bar. in. l. iij. C. de here.
insti. Modo non extendo me vlterius pro nunc.

7 **Utrũ autẽ presenti.** † Coactus adire et resti-
tuere si actiones in fidei
commissarium non trãseunt perinde nõ tenetur ac si non adiuis-
set. h. d. vsq ad. §. si de testamento in. l. ille a quo. vel sic. Procura-
tori simplici fideicommissarij potest hereditas restitui. h. d. prio
Item si vnus solus est institutus et sub conditione de hereditate
restituenda rogatus ante conditionem compellitur adire et resti
tuere et si ante euentum conditionis fideicommissarius moriať
sine herede heredi coacto succurritur ne creditoribus heredita-
rijs teneatur. Sed per creditores hereditarios venditio bonorũ
fiet. secus si iste qui sit rogatus habeat alium coheredem rogatũ
qui sic adiuerit. h. d. scdo et vltimo scdm Ray. ¶ Et aduerte scdm
Cyn. qđ non est proprie. §. in ver. antistia. licet allegetur pro. §. sed
est potius ver. vt patet ex sono litere. ¶ In tex. ibi relicta est. sub-
audi antequã venerit virilis etas et sic antequã dies fideicommis
si cesserit qđ videtur fuisse conditionale. l. si cui. §. j. ff. de leg. j. et. l.
sancimus. C. de nup. ¶ In. l. sed cũ ab herede. q. d. predicta proce-
dunt quãdo vnus solus est institutus insolidum et de restituẽdo
sub conditione grauatus. No. arg. scdm Dy. qđ cessio actionis po
test fieri procuratori. facit. l. j. in fi. et qđ ibi no. per Bar. ff. de ope.
8 no. nun. ¶ † Item not. argumentũ qđ procurator constitutus ad
agendum et solutionem recipiendum admittatur cum cautione
de rato si de mandato dubitetur. Contrariũ tamen tenuit glo. in
l. non solum. §. qui alieno. ff. de procur. de quo dic vt ibi per doc. et
per Cy. in. l. j. C. de procu. et per Bar. in. l. si sine. §. qđ autem. ff. rem
ra. hab. ¶ Ad istum autem tex. nõ potest faciliter responderi qđ
debet intelligi quando non erat dubium de mandato alias au-
tem nõ admitteretur ppter magnum periculum quod posset he-
res incurrere vt patet in. l. quidã. §. j. eo. Et sic hic volebat pstã-
re cautionem non obstante qđ constaret de mandato. Et hoc vo-
luit hic sentire glo. in verbo cautum et sic solum ad cautelam in-
terponebatur. ¶ Item no. arg. qđ si fideicommissarius decedat
et post aditam hereditatem si decedit ante restitutionem fideicõ-
missi sibi facta non transmittat fideicommissum ad ipsius heredẽ
9 de quo dic vt in glo. super verbo decesserit. ¶ † Item no. factum
principis posse trahi in exemplum ad similia de quo in. l. iij. et. l.
fina. ff. de legi. ¶ Item no. qđ vbi decedit fideicommissarius an-
tequã eueniat conditio fideicommissarij proprie loquitur consti
tutio diui pij. que trahitur etiam ad casum quando decessit post
euentum conditionis vel quando fideicommissum erat purum
et decessit fideicõmissarius sine herede ante restitutionem sibi fa-
ctam cũ eadem ratio videatur ergo etc. arg. l. illud. cum fi. ff. ad. l.
aquil. ¶ Item no. qđ remediũ cõstitutionis predicte non habet
locũ quãdo alio remedio potest esse consultũ. facit. l. in cause cum
10 ibi not. ff. de mino. ¶ † Ultimo no. qđ nemini debet etiã si sit pu-
pillus vel alia persona priuilegiata concedi beneficiũ cũ alterius
iniuria. facit qđ habetur in. l. ij. §. merito. ff. ne quid in lo. pu. et qđ
habetur in. l. nec auus in prin. C. de eman. lib. et extra de do. inter
vi. et vx. c. nuper. ¶ In glo. super verbo restituere ibi vel per epi-
stolam recusare. Certe proprie loquendo nõ fit recusatio per nũ-
cium vel per procuratorem sicut nec aditio cum vtrũq consistat
in solo animo. l. auia. C. de iur. deli. et sic potius per factum nun-
cij vel pcuratoris repudiantis declaratur repudiatio que intel-
ligitur fuisse facta ex ipso actu constitutionis procuratoris ad re-
pudiandum. sicut et intelligitur facta aditio ex constitutione pro
curatoris ad adeundum. l. paulus respondit. ff. de acquirẽ. here.
¶ In ea. glo. in fi. Aduerte tamen scdm Ang. qđ ille. §. est singu-
laris. dicit tamen diligenter ponderandam practicam in hac ma
teria prout dicit se habuisse de facto. nam ille cui debebat fieri re
stitutio fideicõmissi vendiderat oĩa iura que in hereditate habe
bat et posuerat emptorẽ in locũ sui vnde dicebať emptorẽ nõ posse
compellere heredẽ ad adeũdũ. nec si adiuit ad restituendũ. nã ta
lis allegatio scdm eũ erat vera si emptor petijsset sibi restitui ad
finem qđ ius fideicommissi et omnis eius effectus initium sume-
ret in persona ipsius emptoris qui erat procurator in rem suam.
et ita loquitur dictus. §. ex asse. Nam ibi fideicommissarius dele-
gauit heredem alteri et heres illi promisit omne id qđ fideicom-
missario debebat. Et sic necessario ius fideicõmissi sumebat ini-
tium in persona eius cui facta est delegatio. Sed si procurator in
rem suã peteret hereditatẽ adiri et eam restitui venditori ad vti-
litatem tamen sui emptoris sicut erat de facto in questione predi
cta tũc bene procedit libellus et procedit restitutio ex quo sumere
debet initiũ restitutio in fideicõmissarij persona. Et ita intelli-
git. l. seruo inuito. §. fi. j. eo. lꝫ alij inter quos sunt Dy. Cy. et Ray.
intelligant illũ. §. qđ hereditas erat iam fideicõmissario restitu-
ta verbo de mandato eius corpora tradebanť procuratori suo in
rem suã. facit. l. si vsufru. cũ ibi no. ff. de noua. et. j. eo. l. restituta. §.
sed cũ voluntate. et. l. quãuis circa fi. et ex hoc patet qđ tutior esset
practica licet ipse non dicat qđ ante omnia fideicommissarius in
staret qđ heres cogeretur et faceret saltem restitutionem verbalem
sibi per dictam. l. seruum in fi. ¶ Aduerte etiã qꝛ non põt fieri re
stitutio venditori ad omnimodã vtilitatẽ emptoris et ad omni-
modũ incõmodũ qꝛ in ipsum emptorẽ nõ trãsibũt actiones ex tre
belliano sed solũ vi venditionis transibunt vtiles actiones acti-
ue sed non passiue. ideo remanebit vendens obligatus nec pote-
rit se exceptione tueri cõtra creditores. tamen deberet emptor eũ
defendere alias tenebitur ad suũ interesse. l. j. et. ij. C. de here. ven.
In glo. super verbo decesserit. ibi et. l. postulante. Et bene facit. l.
iij. et. l. si in personã. C. de fideicõ. et hec opin. cõmuniter approbať
per dicta iura licet glo. senserit contrariũ in. l. cũ filio. ff. de leg. j. et
l. a testatore. de condi. et demon. sed non bene vt etiã plene tangit
Bar. in. d. l. cũ filio. ¶ In ea. glo. ibi non habet heredẽ. Hoc põt
procedere quo ad istũ. §. vtrũ intelligendo qđ fideicommissum erat
purũ. nã alias si haberet heredẽ cogereť heres fideicõmissarij ac-
ceptare restitutionem ex quo heres institutus fuerat coactus per
ipsũ fideicõmissariũ vt est casus in. l. postulante. j. eo. sed quo ad
§. priori. Antistia. qui proprie est ver. licet glo. et doc. sic pertrãseãt
vt patet. j. in glo. in verbo statim. nõ puto hanc diuinationẽ neces
sariã qđ ibi decesserit ante euentũ cõditionis et sic si miles habe-
ret heredem non posset transmittere. l. j. §. fin autẽ sub conditiõe.
C. de cad. tol. nec debet plus operari hoc casu aditio coacte facta
quã si fuisset spontanea. nec etiã debet cõtra volũtatem testantis
effici fideicõmissarius. l. sed et si ante. ff. eo. de voluntate autẽ testã
tis fuisse videtur qđ non habeat fideicõmissum fideicõmissari9
conditionalis nisi conditio euenerit eo viuo. l. j. §. si sub conditio
ne. C. de cad. tol. ¶ In ea. glo. in fi. subau. qꝛ filiusfa. iure isto non
poterat habere heredem. Posset tamen dici secundum Cyn. et
Ray. qđ idẽ si potuisset habere heredem qꝛ ibi fideicommissum
erat relictũ in diem incertam que habetur pro cõditione. l. heres
meus. et. l. dies incertus. ff. de condi. et demon. ideo nimirum si fi-
deicommissarius moriens pendente conditione non transmit-
tit. l. j. §. fin autem sub conditione. C. de cad. tol. ¶ In gloss. super
verbo compellendum in fi. prima videtur diuinare. secũda vide-
tur violare literã. Ideo dic melius scdm Dy. vt no. glo. in. l. cogi. §.

fin. ij. eo. ¶ In glo. super verbo statim. ibi. l. ita tamen. §. a patre. Caue qr so. que infra ponitur per glo. non bene potest adaptari ad istu. §. qr in casu dicti. §. non posset heres cogi adire et restitue re: qr fideicommissum erat relictu in secundis tabulis. et ideo ante mortem pupilli nullo modo cogi posset: qr quodamodo de hereditate viuentis pupilli agere videret similiter et so. glo. no adaptatur ad. l. si patroni. §. j. qr ibi ante euentu coditionis no erat persona que posset cogere qr erat serua et ideo so. glos. adaptatur ad. l. precedente. ¶ In ea. glo. ibi non transeunt actiones scilicet ex trebelliano per id qd habetur. s. ea. l. §. sed si ante. An ante aliter trasibunt videretur dicedu qd sic. et eo modo quo si spote adiuisset et postea restituisset ante coditionis euentu. l. post mortem. C. de fideico. et dixi. s. eo. l. sed et si alia. §. fi. cu se. Uel posset dici qd iste fideicomissari⁹ cui fiet ista restitutio ante coditiois euetu habebit ide ius qd hz institut⁹ sub coditiōe petes bonoꝝ possessione scdm tab. pendente conditione. quo casu interim habet administratione sicut haberet curator datus hereditati. l. ij. §. si sub conditione. et ibi no. per Bar. s. de secun. tab. et in. l. si quis instituat. s. de here. insti. ¶ In ea. gloss. ibi aut coherede relicto. Sed forte non est vis an relinquat heredem ex quo decedit ante coditiois euentu per. l. j. §. sin autem sub coditione. C. de cad. tol. Nisi defensando glo. dicas qd ex quo facta est restitutio licet ante euentu coditionis no transiuerint coditiones ex trebelliano tamen transiuerunt prout alias trasirent si sponte adijsset et restituisset ante coditionem. Et ideo ius tale qd habuit fideicommissarius etia ante conditionis euentum transijsset ad heredem. Sed si teneres qd simplicem administrationem haberet prout ille cui datur secundum tab. pendente coditione que omnino extinguitur deficiente illa no haberet heres fideicommissarij aliqd ius ex quo decessisset ante euentu coditionis fideicommissarius per id qd habetur in simili in. d. l. ij. §. si sub conditione. ¶ In ea. gloss. ibi vel distingue. Hec bona iuncta cu precedenti qd aut institutio est coditionalis et no potest cogi. aut fideicommissum est conditionale et tunc si vt in precedenti so. ¶ In ea. glo. ibi no est locus constitutioni maxime qr fideicommissario alio remedio est cosultum qr non potest dubitari de peremptione fideicomissi si cotingat contra euenire et heredem a quo illud est relictum decedere ante conditionem: qr iam est confirmatu aditione alterius coheredis. l. si nemo. s. de test. tu. ¶ In ea. glos. ibi no attento qd alteri potest accrescere. subaudi vt probatur. j. ead. l. §. iul. ¶ In ea. gloss. ibi sed respon. hoc fit. subaudi quado fideicommissum esset pure relictum. ¶ In gloss. super verbo restituatur. ibi vel in diem. Et sic innuit ante diem no transire actiones licet ante fiat restitutio. qd videt contra. l. cogi. §. cu quidam. j. eo. Sed potest dici scdm Ray. qd in cotrario transibunt actiones scilicet adueniente die. Uel melius in cotrario loquit de die certa. Sz gl. ista debet intelligi de die incerta que habet pro coditione. l. dies incertus. s. de codi. et demo. ¶ Et no. qd constitutio proprie subuenit quado fideicommissarius est coditionalis et decedit ante conditionem post coactione et restitutionem. sed vbi alias heres fuit coactus adire ne pateretur aliqd damnu succurritur sibi ex mente et ex extensione iurisconsulti vt hic in. §. vtru et in fin. huius. l. ¶ In ea. glo. in fi. Et adde qd habetur in. l. iij. in fi. C. de leg. ¶ In glo. super verbo neqz pupillum. ibi alij cotinuat cu proximo. tenet Bart. sed ang. videtur tenere hanc secundam. Aduerte tamen qr videtur sentire duos alios intellectus ex glo. vnus qd hic posset intelligi quado vnus solus fuit institutus pure et rogatus de restituendo cuidam pupillo. Certe si institutus adit non habebit locu constitutio diui pij per rationem hic tactam in secunda expositione. ¶ Item ponit alium intellectu qd possit intelligi qd pupillus fuit solus institutus et de restituendo sub coditione grauatus et sponte adijt. Nam fideicommissarius ante conditionem decedit non erat locus constitutioni diui pij. ex quo sponte adijt per id quo hic tangitur in tertia expositione. Tamen etiam potes addere sextu intellectum qd duo fuerunt heredes instituti et vnus ex eis rogat⁹ de restituedo pupillo sub conditione. Nam certe si alter coheres adiuit hereditatem non poterit etiam pupillus cogere alterum ex quo alio remedio est sibi consultum qr confirmatu est fideicomissum per aditionem alterius coheredis. Et ideo no audietur etiam per restitutionem in integrum in preiudicium ipsius heredis instituti et grauati. Et iste intellectus videtur multum litere conformari meo iudicio. ¶ In glo. super verbo alterius. in fi. Not. bene hanc solu. Et bene facit qd habetur in. l. quoties. C. de preci. imper. offe.

Summarium.

1 Institutus pure potest compelli adire.
2 Exceptio rei interesse non continens in causis summarijs non admittitur.
3 Excipiens cuius non interest non auditur.
4 Exceptio altiorem requirens indaginem in iudicio summario non admittitur.
5 Fideicommissum vniuersale expirat herede ante aditam hereditatem decedente.
6 Causa contradicendi et appellandi quando iusta sit.
7 Par in parem imperium non habet.
8 Judice deficiente est ad principem recurrendum.
9 Unus vicem plurium non sustinet.
10 Patria potestas non curatur in his que sunt publici iuris.
11 Repudians hereditatem ad alienum commodum potest acceptare.
12 Tabule pupillares comprehenduntur appositione ceterorum.
13 Heredem cogere quis possit.
14 Pecunie nomine quid veniat.
15 Fideicommissum particulare non potest trahi ad vniuersale.
16 Quantitas vel res non potest ex iure deduci.
17 Senatusconsultum trebellianum locum habere dicitur quado pars hereditatis relinquitur.
18 Remedium trebelliani locum habet in testamento militis.
19 Miles per fideicommissum potest separare species bonorum.
20 Adire et restituere interim potest ad die certa restituere rogat⁹.
21 Heres adire et restituere cogi potest vno petente fideicommissarium.
22 Fideicommissarius decedens post aditam hereditatem fideicomissum vniuersale transmittit.
23 Seruus communis vicem plurium sustinet.
24 Filius in potestate potest in non castrensibus contra patrem agere.
25 Filius contra patrem agens in castrensibus venia petere debet.
26 Uerba directa non sunt ad fideicommissum trahenda.
27 Finis attendi debet potius qua principium.
28 Heres a quibus adire et restituere cogi possit.

Ille a quo sub. Summata est cu pcedeti. ¶ In tex. ibi nullum damnum sit futurum scilicet ipsi heredi per constitutionez diui pij. ¶ Not. quod istitutus pure potest cogi adire ad instantiam fideicommissarij conditionalis nec poterit pati damnum. ¶ In gl. j. ibi sine continues. subau. qd est fiendum secundum primam expositionem in verbo neqz pupillum. ¶ In ea. glo. ibi cogatur adire et restituere. Not. quia glo. ponit veritatem licet aliter dixerit glo. in. l. sed si alia. §. fi. et. l. j. §. sed et quoties. s. eo. et non bene vt ibi etiam tetigi secundum Dyn. et Ray.

2 Si de testamento. In summarijs causis non admittitur exceptio querei interesse non continet. alias si interst admittitur. sed si requirit altiorem indaginem reseruabitur in alio iudicio. h. d. ¶ In tex. ibi non habuisse quia forte dicatur fuisse seruus. ¶ In tex. ibi de viribus testamenti. vt quia dicatur testamentuz nullum propter preteritionem filij in potestate vel propter defectum solennitatis vel propter aliud vitium secudu. l. fi. C. de edic. di. adri. tol. ¶ In tex. ibi de sua conditione. s. defuncti vt tangit gl. quia forte dicat fuisse dubi⁹ de statu suo vt. l. de statu. s. de test. vel expone vt in gl. ¶ In tex. ibi non erit audiendus. subaudi. quia sua no interest. Nam si testamentum non valet non tenebit aditio et sic non erit obligatus. ¶ In tex. ibi pretermittenda non erit. subaudi. quia interest eius si fideicommissum non tenet. Nam transirent actiones ex trebelliano et sic remaneret creditoribus hereditarijs obligatus. Ray. vero dicebat qd tunc non interest. quia si fideicommissum non valet remaneret penes eum. l. codicillis in prin. cum ibi no. s. de le. ij. Sed hec ratio non multum placet ex quo ipse heres dicebat hereditatem suspectam et sic non poterat pretendere hoc interesse. Et per hoc etiam non placet ratio quam sensit hic Bar. s. quod ideo interest: quia non debet sibi auferri ius deliberationis et retentionis quarte. Nam ex quo dicebat suspecta no pretendebat verisimiliter hoc interesse et propterea potuisset de facili tolli dando sibi modicum tempus ad deliberandum secundu. l. sz si alio. s. eo. Et ideo placet plus prima ratio quam. s. dixi ¶ In tex. ibi verba. si habes vba dz. j. dicere petenda sed si habes verbis expone. i. ppter vba. et. j. dz dicere petenda. s. cognitionez vt tagit gl. fm Dy. ¶ In tex. ibi et de quatitate subaudi. an sit de quota hereditatis an vero de certa re vel quantitate na hoc scdo casu no deberet cogi. vt. j. e. l. na qd. §. no ois. ¶

3 No. j. qd no dz audiri excipiens si sua non interest et ad hoc sepe all. iste text. facit. l. no solu. s. de app. canonizata. ij. q. vj. An aut omni tpe possit hec exceptio tua no interest opponi. et sic etiam post lit. contesta. posuit Inn. in. c. super his extra de accu. Et ibi videtur concludere quod non possit opponere post lit. contest. quod est singulariter notandum tamen forte illud limitandum nisi per ipsam pateat parti ipso iure non competere per id quod habetur in. l. vbi pactum. C. de transac. ¶

4 Item no. quod exceptio requirens altiore indaginem no admittitur in summario iudicio de quo in. l. iij. et. l. fi. C. de edic. di. adri. tol. Qd autem operetur reseruatio exceptionis facte p iudice. dicit hic Bar. notabiliter et Ang. post euz qr si reperiat postea vera exceptio detegit retro nullu qd actuz est.

facit qđ habetur in.l.pretor.in prin.⁊.l.qui vias.§.j.ſ.de dā.in-
fec.Et facit ad materiam quod dixi in.l.iudex.ſ.de re iud.⁊.l.ſi
5 quem.ſ.de lega.j.¶†Itē no.qđ ſi heres decedit ante aditā here-
ditatem expirat etiā fideicōmiſſum vniuerſale nedū particulare
qđ intellige regulariter.Fallit in caſibus de quibus hic in glo.⁊
in.l.eam quā.C.de fideicōmiſ.¶In gloſ.ſuper verbo de viribus
ibi q̃ continet exheredationem ſubaudi ſine cauſa legitima ho-
die.Nam alias valeret ſed veniret irritandum per querelam vt
in auẗ.ex cauſa.C.de libe.prete.¶In eadē glo.ibi vel preteritio-
nem ſcʒ emancipati cum cauſa hodie.Nam ſi eſſet preteritio filij
in poteſtate vel emancipati hodie ſine cauſa ipſo iure nō valet te
ſtamentum vt in auẗ.de here.⁊ fal.§.exheredatos.⁊ ibi gl.ſingu-
laris colla.j.¶In eadē.gloſſ.in fi.ratio diuerſitatis eſt q̃ filij in-
tereſt ideo admittiẗ ſed non heredis inſtituti vt dixi ſuper litera
ſecus forte ſi intereſſet vt q̃ heres eſſet de venientibus abinteſta
to de quo hic tangit Bart.Sed hoc forte non eſt ſine ſcrupulo ex
quo dicebat ſuſpectā q̃ non videẗ iſtud intereſſe allegare.¶In
glo.ſuper verbo verba fideicōmiſſi.ibi.l.cum virū.Et adde om-
nino qđ nota.glo.magiſtra in.l.labeo.§.tubero.ſ.de ſup.le.Vel
dic qđ erat queſtio an eſſet fideicōmiſſum vniuerſale ⁊ ſic de quo-
ta hereditatis.An vero particulare ⁊ ſic de certa re vel quātita-
te.l.nam qđ.§.non omnis.⁊.l.cogi.§.j.ĩ.eo.que poterit dirimi ex
verbis teſtamenti.¶In eadē gloſ.ibi.l.ſi is a quo.Et ibi decla-
ratur qñ dicaẗ incontinenti probare:q̃ infra tēpus infra quod
iſta queſtio ſummarie habet expediri de quo ibi p Bart.¶In
ea.glo.in fi.qđ eſt verum in poſſeſſorio adipiſcende ⁊ retinēde.ſe
cus in poſſeſſorio recuperāde cum ſpoliatus ante omnia debeat
reſtitui.l.ſi quis a ſe fundum.C.ad.l.iul.de vi.licet glo.notet con
trarium ⁊ male in hoc vltimo in.l.ſi de vi.ſ.de iudi.¶In glo.ſu
per verbo decedens ibi ſed dic.ſubaudi: q̃ ſi heres decedēs trāſ-
miſit ius deliberādi ſecundū legem cum antiquioribus.C.de iu-
re delibe.vel hereditatem vt in caſu.l.ventre ⁊ alijs ibi no.nō pe
rijt fideicōmiſſum ſed poterit cogi heres heredis alias perit ex
quo heres deceſſit ante aditam hereditatem ſaluo niſi decederet
poſt iuſſum de adeūdo vt.ĩ.tangit gloſ.per.l.nō iuſtā.C.ad treb.
ibi tñ ſm Ja.de are.⁊ Oldra.non proprie tractaẗ de herede here-
dis ſed bene facit qđ habetur in.l.poſt conſanguineos.§.fi.ĩ.de
ſuis ⁊ legi.⁊.l.ſi finita.§.eleganter.⁊.§.ſi iam ruerunt.⁊.l.cū po-
ſtulaſſem.ĩ.de dā.infec.¶Extra glo.adde dictis Bar.primo qđ
ſummando ⁊ idē Ange.hic videtur innuere qđ hec exceptio tua
non intereſt ſolū in ſummarijs iudicijs admittatur.Quod non
credo verum q̃ etiam in ordinarijs debet admitti cum eadeʒ ſit
ratio.ar.l.illud.ſ.ad.l.aquil.Fateor tamē qđ quando obijcitur
in ſecūdarijs erit expediens qđ de ipſa conſtat incōtinenti alias
reſeruabitur in alio iudicio.Et per hoc qđ reſeruetur in alio iu-
dicio vt hic patet bene poteſt colligi qđ etiā in ordinarijs debet
admitti.Et ſic etiam indifferēter allegeẗ text.ſed nō eſt neceſſe in
ordinarijs ſic incontinēti probare ex quo natura iudicij nō eget
celeritate.¶Item adde ſecundo inquantum Bar.dicit qđ ſi he
res pretendat intereſſe quādo obijcitur de viribus teſtamenti ⁊
exemplificat:q̃ dicat ſe ſucceſſurum abinteſtato ſi nō valet teſta-
mentum qđ non videẗ bene dicere ſi heres dicit hereditatem ſu-
ſpectam.nam videẗ ex hoc dicere ſua non intereſſe habere illā he
reditatem ⁊ ſic eſſet tūc ſibi contrarius ⁊ conſequēter nō deberet
audiri.l.ij.§.ſi alius.ſ.quādo appel.ſit.Sed dictum ſuū pōt ſal-
uari ſi nō dicat eā ſuſpectam ſed dicat ſolū ſe non cogendū q̃ he-
reditas ſpectat ad eum abinteſtato.ar.l.ita tamē.§.cogi.ĩ.eo.et
dicit qd hec dictio maxime non staret implicatiue sed potius limitatiue vel superabundaret sicut in simili in.l.fi.C.de testa.manu. ⁊ sic cõcordaret cũ illis.⁊ pro hac parte facit ratio qꝛ si corrupte la pecunia interueniẽte in iudice facit sententiã ipso iure nullam ita videt istum ⁊ equum qd si interuenit corruptela per preces in ipso iudice qd debet aliquid operari vt sic licet nõ reddatur sñia nulla:tamen saltẽ detur restitutio. Nec ob. qd imputandũ videt parti si nõ appellauit:qꝛ nõ est absonũ ꝙ cõcurrat remediũ appellandi cũ beneficio restitutionis in integrũ aduersus sñiam cum illud sit plenius.vt expresse ꝓbatur in.l.fi.cũ ibi no.C.si aduer.rẽ iud.⁊ in.l.j.⁊.ij.C.si sepius in integ.rest.pe.dictũ tamen glo.non dicitur plene iure ꝓbari:qꝛ.§.marcellus.loquitur quãdo interuenit falsa probatio. Itẽ.l.j.in fi.⁊.l.sed ⁊ si per pretorẽ.§.fi.nõ probant dictũ glo.sed solũ generaliter ꝓbant qd vbi subest iusta causa dari debet restitutio. Itẽ.l.si fundus.§.si pluris.etiã non ꝓbat vt patet ex ibi no.per glo.⁊ Bar.⁊ ideo videt qd glo.de iure nõ ꝓcedat vt etiam tetigi plene in.l.diuus.hic alleg.tamen volẽdo ipsam sustinere multũ facit pro ea ratio quã tetigi:qꝛ corruptela iudicis aliquid debet adĳcere in fauorem partis lese.⁊ sic videt qd sit iusta causa saltem concedendi restitutionẽ ar.d.l.j.in fi.ff.ex quibus causis maio.

5 ¶ † Itẽ adde qꝛ dicit hic Ang.circa primũ membrũ quãdo sñia fertur contra presentẽ siue feratur per falsas allegationes siue per falsas attestationes testib⁹ corruptis ꝑcio vel prece.vel etiã non corruptis siue per falsa instrumẽta siue per falsum iuramentũ delatũ parti per iudicem.nunquã sñia est ipso iure nulla.intelligo quãdo nõ interuenit corruptela iudicis per pecuniã per predicta sed semper est necessaria restitutio si victus vult per sñiam absolui.vt probat ex coniunctione duarũ legũ.cõiuncta gloss.videlicet.l.diuus.ff.de re iudica.⁊.l.qui agentis.ff.de exceptionib⁹.⁊ cõiuncta glo.in.l.si ex falsis.C.de trãsactio.que in iuramento loquit.licet quidã dicãt qd ibi est lata per falsa instrumenta vel per falsos testes corruptos pecunia indifferenter sñia sit nulla.qd est falsuʒ scdm Ang.vt est casus in dicta.l.diuus iuncta.l.penul.C.si ex fal.instrumen.⁊ intellige quãdo iudex fuit secutus dicta testiũ vel instrumẽta.vt dicta.l.penul.⁊.l.diuus.⁊ extra de re iudica.c.cũ.J.⁊.A. Si autẽ sentẽtia esset lata per falsum iuramentũ delatũ a parte parti nõ esset locus tractationi per.l.naʒ ⁊ postea.in principio.ff.de iureiurã.⁊ no.in dicta.l.si ex falsis. Fallit autẽ regula supra dicta fauore minoris etatis cum tutor vel curator false se excusauit quoniã tũc sñia est nulla licet lata contra presentẽ.l.j.⁊.ij.C.si ex fal.alleg. ¶ Scdo fallit quãdo sñia est lata pro libertate cõcurrente dolo procuratoris vel aduocati victi:qꝛ tũc sñia nõ retractat cũ põt haberi recursus per actionẽ de dolo cõtra ꝓcuratorẽ colludentẽper.l.si dolo.ff.de dolo. Et subdit hic ang.no.qꝛ lʒ remediũ restitutiõis sit paratũ aduersus dictã sententiã iuxta redulã.ff.traditã.tñ etiã circa tale remediũ poterit victo succurri qꝛ si victus erat agens poterit de nouo incohare instantiã.

6 ⁊ si opponatur exceptio rei iudi.replicabit de dolo. † Itẽ per actionẽ de dolo recuperare poterit dãna ⁊ interesse per.l.cũ a te.ff.de dolo.⁊.l.elegãter.§.pe.eo.ti.⁊ si reus fuisset victus per dolũ agentis poterit tẽpore executionis sñie excipere de dolo sa victoria ⁊ agere de dolo ad interesse.vt est dictũ. Nec ob.si dicat qd beneficiũ restitutionis nõ cõcurrit cũ remedio ordinario.nec similiter accusatio de dolo:qꝛ respõdet Ang.qd remediũ restitutiõis est plenius remedio ordinario appellãdi.facit qd.ff.dixi.ideo nõ excluditur per no.plene in.l.in prouinciali.ff.de oper.no.nũ. Preterea accusatio de dolo nõ cõcurrit cũ ea:qꝛ nõ dat nisi ad dãnũ ⁊ interesse vt dictũ est. ¶ Itẽ non ob.qd excipit vel replicat de dolo:qꝛ exceptio vel replicatio non proponit nisi ad exclusionẽ aduersarĳ.sed beneficiũ restitutionis attendit vt petens absoluat a sñia lata contra eum.facit qd not.Bar.in.d.l.diuus.⁊.d.l.qui agnitis.de quo etiã plene dixi in.d.l.diuus. ¶ Circa scdm membrũ quãdo fert sñia cõtra absentẽ glo.videt variare circa intellectũ.§.marcellus vt patet ex supradictis ⁊ Inn.ẽt multũ laborauit in intellectu eius in.c.cũ in iure peritus.extra de offi.dele.vbi inter cetera dicit qd exceptio nullitatis sñie causata a tali falsitate nunquã impedit executionẽ quãdo executio petitur corã inferiori iudice subdito iudici iudicanti.⁊ ita limitat.§.marcell⁹.sed an hoc dictũ Inn.ꝓcedat recurre ad ea que dixi in.l.a diuo pio.in prin.ff.de re iudi. Ang.hic autẽ dicit qd vbi fertur sñia per falsas allegationes cõtra absentẽ ex cã volũtaria tũc necessaria est restitutio sicut ⁊ quãdo fert cõtra presentẽ ⁊ ita intelligit hãc glo.⁊ dictũ.§.marcellus.dũ dicit querelã admittendã.⁊ sic vr loqui de querela per modũ agendi ⁊ per viã restitutionis.sed vbi fuit lata cõtra absentẽ ex causa necessaria ⁊ ꝓbabili puta grauis infirmitatis vel reipublice tunc sñia sic est ipso iure nulla.⁊ sic intelligit ver.paulus in eo.l.si pretor alle.in glo.intelligendo qd prosequat idẽ thema de quo in.§.marcellus.⁊ hoc patet fm eũ ibi dũ dicit iudicati executio nõ fit.s.cũ agitur mandati. ¶ Itẽ non debet exequi.s.cũ petit executio officio iudicis licet gl.in.d.ver.paulus nõ intelligat qd prosequat idẽ thema sed solũ ponat nouũ casum quãdo fertur sñia cõtra absentẽ ex causa probabili ⁊ necessaria ⁊ non per falsas allegationes.in quo casu dicit necessariã restitutionẽ que cõceditur ad totã causam.sed vbi fuerit absens ex probabili causa tantũ petet se restitui solũ ad appellanduʒ scdm ang. ¶ Tu adde circa intellectũ dicti.§.marcellus.id qd dixi in l.qui rome.§.duo fratres.ff.de ver.obli.⁊.d.l.a diuo pio.in prin.⁊.d.l.diuus. ¶ An autẽ quãdo fert sñia per falsas allegationes cõtra presentẽ participata fraude cũ aduocato vel ꝓcuratore victi vtrũ hoc casu sit nulla de quo per glo.⁊ Cyn.in.l.j.C.de aduo.diuer.iudi. Ang.cõcludit hic qd nõ:etiã si sit lata contra minorẽ.casus est scdm eũ in.l.minor autẽ magistrat⁹.§.j.ff.de mino. Sed solum restitutio habebit locũ sed de hoc dic vt plenissime in.d.l.diuus.vbi fuit prosecutus de multiplici specie corruptele siue sit iudicis siue testis siue ꝓcuratoris siue aduocati siue arbitri siue arbitratoris ⁊ hoc in sñia diffinitiua.nã decretũ ex falsa cã redditur nullũ ipso iure.l.j.§.hec verba.ff.ne vis fi.ei.⁊.l.cũ vero.§.subuentũ.ff.de fideicõmisſ.liber.⁊ de tu.⁊ cu.da.ab his.l.seie egresse. Et adde singulare dictũ Inn.in.c.quoniã cõtra falsam.ad fi.extra de ꝓba.vbi dicit qd si iudex dicat qꝛ agnoui per A.⁊ per B.probatũ titiũ debere seio.x.ideo ipsum cõdemno qd valebit sñia ⁊ trãsibit in rem iudicataʒ si nõ appelletur licet per A.⁊ per B.probatũ sit oppositũ. Sed hoc dictũ an procedat dicvt dixi in dicto.§.duo fratres.⁊ adde etiam qd notat idem Inn.in.c.in presentia.extra de renun.

Si pupillo. Pupillo cũ autoritate tutoris vel soli tutori si est infans põt restitui hereditas ⁊ mutus nihil intelligens equiparat infanti.h.d. ¶ In tex.ibi nõ magis ea res impedit aliqualiter extranea videt hic similitudo sed forte voluit litera qd sicut defectus loquele supplet in muto per extrinseca signa vʒ que nutu facit vel per scripturã sic defect⁹ loquele infantis supplet per tutorem vt sic soli tutori fiat restitutio quãdo pupillus fari nõ põt. ¶ In tex.ibi sit futurus.s.prima facie nã scdm veritatẽ est secus vt.ff.in ver.ſʒ ⁊ infanti. ¶ In text.ibi per ꝓcuratorẽ.alias est per curatorẽ.nam muto succurrit per procuratorẽ vt in.l.cui eorũ.ff.de postul.alias per curatorẽ ⁊ tũc exponi põt.s.per curatorẽ. Uel potes intelligere qd loquat de procuratore constituto ab eius curatore tamẽ ipse mutus ex quo nihil intelligit nõ põt cõstituere.

7 ¶ † No.qd infãs potest adire hereditatẽ tutore autore. Ita videtur hic ꝓbari in ver.si aũt heres.iuncto ver.ſʒ ⁊ infanti.⁊ hoc tenet Ja.de ra.de quo gl.dubitauit in.l.si pupillus.ff.de ac.here.ſʒ forte põt dici qd si fari põt hoc ꝓcedat alias solus tutor adibit.facit qd no.Bar.i.l.j.§.j.ff.de acq.pos.

8 ¶ † Itẽ no.qd mutus qui nihil intelligit equiparat infanti. Si autẽ intelligit dixit Bar.in prin.ff.de ver.obli.qd equiparat pupillo per hunc tex. Sed Ang.hic dixit qd tũc ex quo intelligi poterit oĩa nutu expedire exceptis hĳs q̃ sermonẽ requirũt per.l.mutũ.ff.de acqui.here.⁊.l.vbi nõ vocẽ.de reg.iur.dic dictũ Ange.verũ quãdo esset maior.xxv.annis.sed si esset pubes cui datus esset curator tũc põt procedere dictũ Bar.⁊ ita loquit tex.hic in ver.si quidem ibi in muto pubere.⁊ hoc etiã fuit de mente Bar.in.d.l.mutum.⁊.l.fi.ff.de bon.pos.fu.⁊ infan.dela.

Si singule. Qui ad petitionẽ fideicõmissarĳ alĳ res singulas restituit hereditatẽ restituere vr fideicõmissario.h.d. ¶ In glo.sup vbo increditũ ibi cõmodabã vel locabã.

9 † Est eñ vbũ creditũ verbũ gñale qũ qs sequit fidẽ alteri⁹.l.j.⁊.ij.ff.si cer.pe. ¶ In ea.glo.in fi.dic fm Dy.vt no.ff.l.proxi.§.j.⁊ lʒ Bar.⁊ Ray.dicãt qd ibi nulla dat solutio tñ põt satis sustineri qd dẽt vt hic voluit etiã Ang.⁊ Ray.videt quodãmodo sibi hoc appropriare nã verũ est ꝓcuratori in rem suã nõ põt fieri restõ hẽditatis q̃si ipse sit fideicõmissari⁹ ⁊ sic quasi ex psona ipsius ꝓcuratoris capiat initiũ ius resultans ex fideicõmissaria restõne:qꝛ nõ est in ptãte fideicõmissarĳ qd alĳ restituẽdo quã voluit testator trãseãt actiões per trebellianũ.ſʒ bñ põt fieri restitutio ꝓcuratori in rẽ suã de voluntate fideicõmissarĳ vt sic censeat facta ipsi fideicõmissario.⁊ p cõsequẽs initiũ sumat ab ipo p fcm ꝓcuratoris in rẽ suã noĩe ipsius fideicõmissarĳ recipiẽtis licet in cõsequẽtiã resultat ad vtilitatẽ ipsi⁹ ꝓcuratoris sicut in simili cõtingit in ꝓcuratore in rẽ suã intẽtãte directas noĩe dñi iuxta no.in.l.que stipendia.C.de ꝓcu.⁊.l.si duo.ff.de solu.⁊ hoc mõ intelligo so.in qua Bar.hic persistit qui ẽt dat alias so.quarũ aliquas tetigit Ray.⁊ facit qd dixi in.l.apud iul.§.vtrum.ff.eo.

Summarium.

1 ¶ Heres adire non cogitur procuratore petente de cuius mandato dubitatur.

2 Actio que per procuratoreʒ ipsi procuratori non queritur domino directa via queri dicitur.

3 Bona defuncti que fuisse censeantur.

Qui ita. Institut⁹ cũ alio si ille ali⁹ heres erit ⁊ de restituẽdo grauat⁹ vti põt falcidia si adit spõte licet coheres adiuerit coacte.h.d. ¶ No.qd institutio facta de aliquo si heres erit habet locum etiam si ille alius inuitus cogatur adire ⁊ sic no.qd coacta volun

tas/voluntas est.de qua etiam hic in glo.

1 **Etiam.** †Heres non cogitur adire hereditatẽ ad petitionẽ procuratoris de cuius mãdato dubitat̃ sꝫ si spõte adiuit cogit̃ restituere.h.d.⁊ tene scđm diuisionẽ prime gloss. ¶In ter.ibi si non euidẽs põt exponi si ꝯtraria volũtas esset ⁊c. facit.l.pompo.§.fi.ff.de procu.Nam contra voluntatem non admittentur etiam cũ cautione de rato vt ibi.vel potest exponi si nõ euidens volũtas.i.euidẽter non cõstet de volũtate:q2 tũc cessaret ⁊ scđm hec posset sufficere generale mandatũ.Uel potest exponi si non euidẽs volũtas.i.si non specialis volũtas esset de qua constat nã tunc cessabit cautio ⁊ debebit admitti.Et ẽm istũ vltimũ intellectũ est hic casus in quo requirit̃ speciale mandatũ.Et hoc q2 agit̃ de magno periculo ⁊ sic vr̃ intelligere Bar.in.l.filiusfa.ff.de dona.⁊ glo.in.l.si quis mihi bona.§.iussum.§.de acqui.here. in ver.debere. ¶In ter.ibi nõ magna captio est supple si dicatur ipsum debere admitti cũ cautione nã ex quo spõte adiuit iam implicitus est oneribus hereditariis. ¶In ter.ibi si non mandauerit.s.ipse fideicõmissarius.Not.qđ vbi magnũ periculũ imminet si dubitat̃ de mãdato procuratoris non cõpellit̃ conuetus se committere fragilitati cautionis imo qđ plus est vr̃ requiri speciale mãdatũ per ea que dixi super ter. ¶Itẽ no.ex ter.coniuncta glo.
2 in verbo euidens †qđ vbicunq3 actio non põt queri per procuratorem ipsi procuratori querit̃ domino directa via.⁊ sic facit qđ si ꝓcurator stipulat̃ vsumfructũ noĩe domini directa via queratur domino.q2 nõ posset facere transitum de persona procuratoris ꝑ cessionem in personam domini.⁊.h.d.Ray.nõ reperiri alibi ẽm Ang.satis tñ põt dici qđ cõcordat qđ habet̃ in.c.fi.de procu.li.vj. vbi si procurator ꝯtrahit matrimoniũ noĩe domini mulier immediate efficitur vxor domini recta via. ¶Itẽ no.qđ vbi quis petit ꝓcuratorio nomine alterius vt sibi soluat̃ si dubitat de mãdato dꝫ admitti cũ cautione sicut ⁊ qñ procurator vult admitti simpliciter ad agendum ẽm.l.j.C.de procu.vt hic vr̃ casus in versi.qđ si sponte.lꝫ glo.tenuerit contrariũ in.l.non solũ.§.qui alieno.ff.de procu.de quo per Cy.in.d.l.j.⁊ per Bar.in.l.vero ꝓcuratori.⁊.l.si sine.ff.rem ra.hab. ¶In glo.super verbo euidẽs ibi quasi ipse procurator sit.No.hec verba ex quibus põt colligi sol.quam tetigi.ff.l.proxi.§.fi.⁊ in.l.apud iul.§.vtrũ. ¶In ea.glo.ibi queri nõ potest.No.bene hanc sol.q2 singularis est ⁊ ex ea pꝫ limitatio ad ea que habent̃ in.l.possessio.§.⁊ si possessio.§.de acqui.pos.⁊ tetigi in notabilibus.

Si dãnum. ¶Actiones que nõ fuerũt in bonis tpe mortis defuncti per trebellianũ nõ trans-
3 eunt.h.d. ¶†No.diligenter qđ illud dr̃ esse ex bonis defuncti qđ fuit ẽm tempus mortis ⁊ sic est expressum qđ fructus q̃ percipiuntur post mortẽ non dicant̃ esse ex bonis defuncti sicut nec ex hereditate.l.in fideicommissaria.in prin.ff.eo.⁊ sic vr̃ hic casus cõtra differentiã quã facit Bar.ff.eo.l.heredes mei in princ.⁊ in.l.titi⁹ ff.eo.vbi facit differentiã an dicat̃ ex hereditate peruenerit an qđ ex bonis vt primo casu nõ veniant fructus scđo sic.de quo etiã ibi dixi ⁊ in.l.balista. ¶In glo.j.ibi huic scripture.sed certe posset dici qđ distinctio gl.procedat vbi quis est debitor simpliciter speciei.secus vbi vniuersitatis.q2 tũc ex natura vniuersalis iudicij tenet̃ oĩa restituere vt in.l.venditor ex hereditate.ff.de her.vel act.ven.⁊ sic alias putaui dicendũ.Sed nunc reperi Cyn.⁊ Ray. indistincte tenentes qđ heres nõ tenetur cedere.nam dicunt aliud est in legatario que fingit̃ a tpe mortis dominus.l.a titio.ff.de fur.ideo si extat seruus vulneratus ante aditã hereditatem q2 tũc põt cadere fictio sibi debet fieri cessio.sed hic loquit̃ in fideicõmissario vniuersali qui demũ efficit̃ dominus facta restõne.l.facta.ff.eo.nec reperit̃ iure cautũ qđ fingat̃ retro ideo vr̃ qđ non debeat cedere si non fuit in mora adeundi vr̃ etiam probari in simili in.l.facta.§.si heres.ff.eo.⁊ hoc videtur verius.

Si legatus. Exceptio coherẽs persone heredis non transit in fideicommissariũ.⁊ fideicõmissarius conueniri potest vbi habet domicilium vel vbi est maior
4 pars hereditatis.h.d. ¶†No.ꝙ legatus existens in legatione potest cõpelli adire de quo in.l.si legatus.ff.eo.⁊ ibi etiam patet an cogatur restituere.

Summarium.

1 ¶Interdictum fraudatoriũ nõ incurrit̃ ꝑ aditionem coactã.
2 Fideicommissarius restitutionem acceptare cogitur quandoq3.
3 Heres nõ potest fideicõmissario restituere plus ꝙ possit capere.

Si postulante. Qui cogit heredẽ adire cogit̃ actiões hẽditarias
1 pati. †Itẽ ꝑ aditionẽ coactã vel ꝑ repudiationẽ factã a suo ꝙ ab extraneo nõ icidit qs i iterdictũ fraudatoriũ.h.d. ¶In ter.ibi pr̃is sub.mortui cui fili⁹ extitit heres spõte adeũdo ⁊ sic i hoc mutat casum. ¶Not.ꝙ qs nõ pt nõ acqrere in fraudẽ creditorũ nec ex hoc habet locũ interdictũ fraudatoriũ hoc est interdictũ de his que in fraudẽ creditorũ.nã istud interdictum non est diuersum ab illo in casu isto licet in casu.l.pupilli.in princi.ff.de sol.põt dici qđ debeat ab illo vt ibi tetigit Bart. ¶In glo.super verbo accepissem.ibi nam ⁊ accipere cogor.⁊ sic patet qđ est duplex remedium vnum q2 potest agi perinde ac sit
2 facta restitutio.facit qđ.ff.tãgit hec glo.in fin. ¶†Item est aliud remediũ q2 cogi poterit fideicommissarius acceptare restitutionem. ¶In glo.super verbo periculum.ibi paulia.naꝫ de istis reuocatorijs dic plene vt not.per gloss.⁊ doc.in.l.j.⁊.ij.C.si quid in frau.pa.Et tene qđ quo ad casum huius.l.interdictum fraudatorium ponitur pro speciali interdicto de his que in frau.cre.sed quo ad terminos.l.pupilli.hic alle.est speciale interdictũ de per se vt ibi tangit Barto.⁊ etiam hic.

3 **Si donationis.** †Non potest per heredem restitui fideicommissario plus quã possit capere.hoc dicit.Et dubiũ faciebat scđm Oldra.q2 heres perdit commodum quarte in penã contumacie ipsius volentis adire ⁊ applicatur fideicommissario.⁊ sic videtur quod fideicommissarius illam haberet potius ab herede quã a testatore ⁊ ideo posset retinere argu.l.si id qđ ex bonis.ff.de vulg.⁊ pu.Sed contrarium hic determinatur quia nihilominus censetur habere a testatore qui de toto rogauit.l.si sponsus.§.si quis rogauerit.ff.de dona.inter virum ⁊ vxorem.⁊.l.debitorẽ.de his que in frau.credi.

Summarium.

1 ¶Fideicommissarius vniuersalis habetur loco heredis.
2 Fideicommissum est legato equiparandum.
3 Scientia potius quã ignorantia quandoq3 presumitur.

Si heres. Fideicõmissum vniuersale vꝫ hereditate etiã non existẽte soluẽdo.sec⁹ in fideicommisso singulari.h.d.Et ratio diuersitatis est q2 per vniuersale fideicõmissum creditores nõ possunt fraudari q2 in eũ transeũt actiones actiue ⁊ passiue.que ratio cessat in fideicõmisso particulari si valeret.facit.l.si vniuerse.
1 C.de leg. ¶†Item not.qđ fideicommissarius vniuersalis habet̃ loco heredis.facit.l.si filius.ff.qđ cum eo. ¶Item no.qđ licet sit certũ hereditatem nõ esse soluendo forte ꝑpter multa debita hereditaria tamen heres rogatus de restituendo propter ea euitat quin cõpellatur adire hereditatẽ ⁊ restituere.Uidebatur cõtra ex eo qđ non videbatur interesse fideicõmissarij talem hereditatem habere.sed contrariũ est q2 satis censetur esse soluendo quo ad ipsum fideicommissariũ ex quo sibi placet.facit qđ habetur in l.si heres institutus ⁊.l.querebat̃.ff.ti.ij.⁊.l.pe.ff.de cõdic.ob cau. ⁊ in.§.preterea si quis generaliter.insti.de actio.Dicit tñ Bart. in.l.ij.ff.eo.qđ si heres grauatus est debito creditor hereditari⁹ solus potens occupare pro eo qđ sibi debetur hereditatẽ tũc non compellitur adire per.l.successores.C.ad.l.fal.quasi intersit ipsi⁹ heredis tunc non compelli.Et hoc etiam sequitur hic Ange.sed certe nõ video hoc interesse cũ ipsius intersit potius habere quẽ conueniat.facit qđ habetur in.l.apud iul.§.vtrũ.ff.eo.Nec ob.d. l.successores.q2 videtur intelligenda in legatis ⁊ fideicommissis
2 particularibus secus in vniuersali per hanc.l. ¶†Ultimo nota hic equiparari fideicommissum legato.ad idem etiam qđ habetur in.l.que sub conditione.ff.de con.insti.§.hoc edictum.econtra autem est clarum qđ equiparantur.l.j.⁊ ibi dixi.ff.de lega.j.

Si totã. Qui in restitutione quartam non detrahit nõ presumitur errasse nisi probetur.h.d. ¶†No.ca-
3 sum in quo presumitur potius scientia quam ignorantia licet regulariter sit contra.l.verius.ff.de proba.⁊ ratio tangitur hic in glo.⁊ etiã hic per Bar.Ang.vero hic dicebat errorem facti posse probari si restitui tibi totam hereditatem excepta certa domo quam retinui pro quarta te consentiente nã si constat postea hãc domum hereditariam non esse apparet qđ erraui q2 restitui totam ⁊ ideo detraxi quartam.

De euictione. Heres institutus non cauet de euictione sed sibi a fideicommissario debet caueri de his que ab ipso herede sunt distracta.h.d.Et intellige hoc vltimum quando heres distraxit bona fide scđm Angel.Nã ante restitutionẽ scđm euꝫ licitũ est sibi distrahere.sed hoc intelligo quãdo essent alique res tempore perriture vel quando alias pro causa necessaria hereditatis fieret alienatio vel fieret vsq3 ad quartam per ea que habentur in.l.marcellus.§.res que.⁊.l.cum hereditas ex fideicommisso.⁊.l.mulier.§.si heres.ff.eo.⁊ facit.ꝙ habetur in.l.proxi.Et dubium poterat esse in prima parte.l.q2 videbatur qđ ipse heres deberet cauere cũ fideicommissarius videbatur ab ipso habere causam restitutionis quam facit ipse heres ⁊ sic heres videbatur ipsius autor ⁊ per consequens qđ deberet cauere.sed contrarium est verum q2 ipse fideicommissarius habet causam lucratiuam. facit qđ habetur in.l.ij.C.de euic.⁊ quando restituit coactus tunc etiam fortius non debet cauere ex quo nõ est spontaneus autor.

¶In

¶ In glo. fi. ibi sit refusum. subaudi vel alias conuersum in vtilitatem hereditatis. facit. l. imperator. §. fi. ff. de lega. ij.

Summarium.

1 ¶ Utiles et directe in eodem subiecto non possunt esse.
2 Actio legis aquilie cui dicatur competere.
3 Heres ante restitutam hereditatem rem hereditariam alienare potest.
4 Negligentia heredis est fideicommissario nociua.

Si heres institutus. In eum qui habet directas non
1 trãseunt vtiles. h. d. ¶ † Not. qd vtiles et directe in eodẽ subiecto nõ se cõpatiunt. et rõ est qr vtilis est ex eqtate q̃ cessat ex quo cõpetũt directe et p hoc videt qd si emphyteota succedat vero dño vel al'r ab eo acqrit directũ dñiũ qd tũc statim pdit vtile cũ sufficiat sibi directũ qd est notãdũ fm Ang. Dixit tñ Guli. de cug. vt ipse hic refert in. l. sz et si possessori. §. itẽ si iurauero. ff. de iureiurã. qd si dñs directo iurauit se dñm dũ ageret cõtra possessorẽ qd habebit directã actionẽ ꝯ quẽlibet et etiã vtilem causatã ex iuramẽto ꝯ illũ ꝯ quẽ iurauit et rõ põt esse: qr hoc casu nõ cessat equitas circa illã vtilẽ cũ illa afferat maiorẽ vtilitatẽ q̃ directa. nã illa cõpetit docto solũ de iuramẽto ꝯ ipsum ꝯ quẽ iurauit cõtra aliũ nõ: qr res inter alios acta et. l. si vn⁹. §. ante oia ff. de pac. sz in directa esset expediẽs plene probari. ¶ In glo. sup verbo directe ibi primũ vr veri⁹ hoc est cõtra tex. q dicit sufficere directã et sic vult qd nõ trãseãt vtiles. Ideo veritas est qd ipso iure sine restitutiõe reassumunt directe vires et p ꝯñs nõ est necesse qd trãseãt vtiles nec videt etiã quo ad intellectũ iuris necessaria replicatio sed solũ de facto si forte de facto excipiat. facit qd habetur in. l. j. §. sed et quoties. et. §. de illo et qd ibi no. ff. eo. et in. l. pe. C. eo. Nam ex quo tẽpus hic est appositũ. videt esse in mora fideicõmissarius non restituendo. l. magnã. C. de cõtrahẽ. stip. ideo cõsolidantur actiones directe per ea que habentur in. d. §. de illo.

Si heres antequam. Pro damno dato ab herede añ restitutionem, tenet actione ex testamẽto post restitutionẽ vero actione. l. aqlie. h. d. ¶ In tex. ibi vlla ciuilis atio. s. acqui. que cõpeteret ꝯ extraneũ sed bene cõpetit ciuilis ex testamẽto vt. j. ptz q̃ cõtra ex
2 traneũ nõ cõpeteret. ¶ † No. ex tex. qd licet actio. l. aquilie nõ cõpetat nisi dño. l. itẽ mela. §. lege. ff. ad. l. aqui. tñ cõpetit etiã habẽ
3 ti vtile dñium cõtra habentẽ directũ inefficax. ¶ † Itẽ no. qd hic videt apte qd heres põt ante restitutã hereditatẽ alienare rẽ hereditariã etiã per alienationẽ que sui natura est irreuocabilis vt p manumissionẽ vt hic videt expressum. Sed in cõtrariũ facit: qr ex quo res subiacet restitutioni nõ debet posse alienari. l. cũ pr. §. libertis. ff. de leg. ij. et. l. fi. §. fi. a cõtrario sensu eo. ti. et. l. fi. §. sed qr. et aut. ibi posita. C. cõia de lega. Ang. hic intelligit qd potuit alienare vsqz ad quartã p ea que habent in. l. marcellus. §. res q̃. s. e. posset etiã dici qd hic manumisit. sz de facto p ea q̃ dixi. i. d. §. res que. ¶ In alia autẽ alienatiõe posset dici qd interim teneret sed reuocaret facta restitutiõe de quo plene dic vt dixi in. d. §. res q̃.

4 Si temporalis. † Negligẽtia heredis nocet fideicõmissario. h. d. No. qd nõ iterrũpere pscriptionẽ nõ cẽset lata culpa. Qd intelligit Ang. pcedere vbi heres fuerit in magna negligẽtia vt qr multũ habuit de tpe nã tũc talis negligẽtia dissoluta dolo eqparat et imputat heredi. l. mulier. §. sed et si. ff. eo. sed forte hoc nõ pcedit qr hic loquit qñ pscriptio nõdũ erat ꝯpleta iõ iputet sibi fideicõmissari⁹ q passus est illã cõpleri. vbi aũt fuisset cõpleta tũc posset forte pcedere distinctio Ang. vt cõsideret an tñ tps habuerit qd possit cẽseri i lata culpa et p hoc ẽt ptz qd nõ ob. l. facta. §. pe. s. e. qr ibi prescriptio fuit cõpleta anteq̃ fieret restitutio. hic nõ lz Bart. etiã aliter soluat et ponit exemplum in hoc. §. per. l. cum ser. ff. de edi. edic.

Omnes. Heres nõ obstãte tpe ad deliberandũ cogit statim adire sz nõ restituere et ex effectu deliberatiõis appetit an poterit quartã deducere. h. d. ¶ No. q vbi post tps datũ ad deliberãdũ heres dicit sibi expedire hereditatẽ vel qd vult eã adire vel illã habere qd p hoc vr adire de quo plene in. l. gerit. ff. de acqui. heredi. ¶ Et no. casum in quo licet heres adeat coacte tñ põt quartam retinere. et plene habet in. l. si patroni. §. qui fideicõmissariã. ff. eo. et facit etiam. l. ita tamen. §. si patronus. ff. eodem.

Heres pcepto. Si heredi restituẽdi hereditatẽ fundus retẽtus euicit actio ei de euictiõe dat. h. d. ¶ In glo. fi. ibi p rata onerose hoc nõ est verũ qr hic heres ex quo retinet certã rẽ nõ tenet ad onera. l. si legat⁹. §. multũ. ff. eo. iõ põt dici vt dicit hic Ray. qd hic loquit qñ agit ꝯtra fideicõmissariũ de euictione q hz causam ab herede in ꝯrio sec⁹ et lz Bart. nõ approbet istã sed poti⁹ dicat volo qd hoc sit qr istud plegatũ succedit loco debiti ex dispõne legis: qr loco quãta dabat in cõtrario sec⁹ tñ hec sol. nõ videt de mẽte huius litere q̃ innuit etiã ex mente testãtis hoc casu deberi euictionem et tamen certum est quartam etiã contra voluntatẽ testatoris deduci. l. titia. ff. tit. ij. et opi. Ray. vr melior.

Summarium.

1 ¶ Obligationes que per trebellianum transire dicantur.
2 Hypothecaria non ceditur cessa personali actione.
3 Acceptilatio fieri potest cum pacto quod ad fideiussorem non porrigatur.



Si heres. Actiones que competũt heredi ex sua prouisione siue sint principales siue accessorie non transferunt facta restitutione p trebellianũ sed noua cessione est opus. h. d. ¶ In tex. ibi aduersus ipsa pignora sub. nec etiam pro ipso mutuo scdm verũ intellectũ. ¶ In tex. ibi remanebit sub. qr in casu sequẽti obligatio pignoris accedit obligationi hereditarie qd nõ est in casu precedẽti. ¶ In tex. ibi ex fideicõmisso. i. restitutione facta p fideicõ
1 missum virtute trebelliani. ¶ † No. istũ tex. qui est melior de corpore iuris qd nõ solũ obligatiões pncipales q̃ querunt post mortem defuncti nõ trãseũt p trebellianũ. facit. l. qui ita. §. si dãnũ. ff. eo. sed ẽt accessorie fideiussorũ vel pignor etiã si accedãt obliga
2 tioni hereditarie. ¶ † Itẽ no. argumẽtũ qd cessa psonali actione nõ intelligit cessa hypothecaria qd apparet: qr facta restitutione hereditatis p quã in effectu fit cessio personaliũ nõ trãseũt iura hypothecarũ de quo dic vt hic p Bar. et Ange. qr regulariter cõtrariũ est verũ p. l. si insolutũ cũ se. C. de act. et ob. fallit in casu isto et. l. emptori. ff. de here. ven. forte põt dici qd aliud est qñ cedit si cedatur psonalis distincta est ab hypothecaria vt tũc nõ intelligatur cessa hypothecaria ex quo illa nõ cedit ar. l. marit⁹. C. de pcura. et. l. cũ ptor. ff. de iudi. Aliud est qñ nomẽ debitoris dat insolutum vel vẽdit et tũc transeat vtilis psonalis et etiã hypothecaria quasi nomen debitoris in se cõtineat ius actionis psonalis et etiã accessoriũ hypothece. ¶ In glo. super verbo pignora ibi trãsit p restitutionẽ. hoc simpliciter reprobat Ange. cũ tales actiões nõ fuerint in hereditate tpe mortis et sic non possunt dici hereditarie qcqd dicat glo. ideo nõ debeat trãsire p restitutionẽ ex trebelliano p. l. q ita. §. si dãnũ. et. l. postulãte. §. fi. ff. eo. Nec ob. l. item veniũt. hic alle. qr in illo tractatu nõ respicit qualis quãta fuerit hereditas tpe mortis defuncti sed qualis et quãta sit cũ possessor ad eã restituẽdã dãnat. ¶ Itẽ non ob. scdm eũ. l. ij. C. p quas pso. vbi scdm eũ hypothecaria p alterũ acquirit licet nõ acqrit actio primitiua: qr dicit casum diuersum. et fatet qd si heres noie fideicõmissarij acqsiuisset hypothecariã qd acqreret fideicõmissario ex ꝯtractu sed nõ qd ius hypothece in fideicõmissariũ trãsiret a trebelliano. ¶ Tu adde primo qd glo. põt saluari: qr lz nõ hñ dicat inquãtũ dicit trãsire actiones p trebellianũ. tñ põt saluari si querat an sint cedẽde: qr qñ noie hereditario mutuauit cedi debent vt voluit sentire hic Bar. vel etiã põt dici qd ex quo noie hereditario mutuauit censet in effectu noie fideicõmissarij mutuasse. ideo facta restitutiõe querit ipsi fideicõmissario ipso iure sine cessione nõ virtute treb. qr solũ cõcernit actiones hereditarias. sz ex vi regule spãlis in mutuo q̃ habet qd alteri sine successione p alterũ queri põt. l. certi cõdictio. §. si nũmos. ff. si cer. pe. et facit qd dixi. s. post Ange. et qd plene habet in. l. singularia. eo. ti. ¶ Itẽ ad de qd. l. ij. C. p quas pso. no. acq. nõ dicit id ad qd allegat Ang. sz dicit demũ illi acqri hypothecariã cui acqrit pmitiua et eodẽ modo sine cessiõe. vñ illa. l. vr obstare huic. l. in ver. sed aliqua dubitatio. vbi qrit pmitiua sine cessione virtute restõnis sz nõ hypothecaria. Sed põt rñderi qd illa. l. loquit vbi ab initio. sz tpe ꝯctus querit vtilis sine cessione vt tũc qrat ẽt hypothecaria. sz hic a pncipio nõ fuit qsita pricipalis fideicõmissario imo defuncto ideo nõ facit ad ppositũ vel intellige qd hic non trãsit virtute treb. sed hodie forte ex vi illi⁹. l. trãsiret. ¶ In glo. sup vbo admitteret ibi so. verũ est. hec prima vera et cõiter tenet sequẽs nõ bona qr cõtra istũ tex. tertia similiter nõ est bona qr eadẽ ratio videt in fideiussore et pignore qñ vtrũq̃ querit post mortẽ defuncti: qr tũc neutrum põt dici qd hereditariũ ideo non põt trãsire p trebellianũ nec ratiões diuersitatis allegate p glo. sunt bone. nã prima ratio reprobat p Dy. per. l. sine herede. ff. de admi. tu. et. l. stichũ. in pn. ff. de sol. vbi ptz qd põt remanere ẽt fideiussoria sine principali ex postfacto sicut et hypothecaria. ¶ Itẽ scda ratio nõ procedit quãdo esset talis res pignorata ex qua nulla pcipiet vtilitas nec heres haberet debitũ chirographariũ. nã nihilomin⁹ stat dispositio istius tex. q indistincte loquit. ¶ Itẽ tertia ratio nõ est bona qr lz pignora nõ fuerint defuncto debita tñ sunt accessoria ad obligationẽ defuncti sicut et obligatio fideiussoria. ideo debet regulari scdm eius naturã vt. j. de reg. iur. c. cũ principalis. Preterea ex quo fideiussoria esset quesita post mortẽ defuncti nõ hypothecaria iõ nõ dz trãsire p trebellianũ vt est dictũ. iõ tene primã solu. Et aduerte qd dicit hic Ang. p id qd tãgit hic glo. in v. alij dicũt qd aliud i fideiussore dñ dicit qd i fideiussore nõ inuenit posse colligi doctrinã qd vbi extinguit fundit⁹ primitiua non põt durare accessoria. et p hoc infert qd cũ p acceptilationẽ extinguat fundit⁹

obligatio sicut per verã solutionẽ non poterit accepto ferri principaliter cũ peccato qd acceptilatio illa nõ prosit fideiussori licet secus in peccato de non petendo qd põt fieri debitori vt nõ porrigatur ad fideiussorẽ. l. vbi hoc actũ. ff. de pac. q2 per pactũ non extinguit fundit⁹ obligatio q2 remanet ciuilis licet elisa p exceptionem. l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. ❡ Tu adde qd imo acceptilatio vr etiã posse fieri cũ pacto qd non porrigat ad fideiussorẽ et habebit in effectu vim pacti per. l. 7 p iusiurandũ. §. si legatorũ. cũ ibi no. p glo. 7 Bart. ff. de accepti. ❡ Item respectu hypothece nõ videt bene colligi notabile qd colligit Ange. tñ de illa dicendũ vt in. l. intelligere. C. de lui. pig. ❡ In ea. glos. ibi vel verius. hoc cõiter approbat nam si ibi fuisset verus heres quereret exceptio fideicõmissario ex facto heredis sine cessione facta restitutiõe: q2 eo casu quo alteri actio debet cedi in eo casu si agat de exceptione trãsit sine cessione. l. rescriptũ. §. fi. cum ibi no. ff. de pac. coniuncta l. possessio. §. 7 si possessio. ff. de acqui. pos. 7 sic patet quod actio facilius queritur alteri per alterum exceptio quam actio.

Cum ex trebelliano. Seruitutes extincte p aditionẽ reintegrande sunt cum ex trebelliano restituit hereditas. h. d. ❡ No. qd vbi qs efficitur dñs predij seruientis 7 predij dominãtis licet nõ efficiat irreuocabiliter tamen extinguitur seruitus.

Summarium.

1 Annus ceptus pro cõpleto habetur in muneribus subeũdis.
2 Cause ex argumentis decidi possunt.
3 Paupertas quandoq3 prodest.



Qui filium. Qui iubet aliquem non facere testamentũ videt rogare de hereditate restituẽda veniẽtibus abintestato. h. d. ❡ In tex. ibi deberi sc3 si decesserit anteq3 haberet liberos. ❡ No. qd dixi in summario 7 idem dicebat Ange. etiã si coheredem haberet quasi videatur ille inuitatus p fideicõmissum. sed hoc non putat si ille heres extraneus qui nõ erat successurus abintestato. nam tũc etiam si filia obseruasset preceptũ testantis nõ veniret. ideo non potest dici eius fauore dicta verba apposita sed solum fauore venientium abintestato.

1 **Sabinus.** Fauore filij annus ceptus habet pro cõpleto. h. d. ❡ No. qd quo ad subeũda munera publica annus ceptus habet pro cõpleto 7 hoc fauore reipublice vt plures habiles reperiant. s3 quo ad hoc vt quis cẽseat a muneribus nõ habetur pro cõpleto 7 hoc similiter est fauore reipublice vt plures habiles reperiant 7 sic qñq3 idem fauor diuersis respectibus cõtraria operat facit qd no. glo. in. c. si duo. de procu-
2 ra. in. vj. ❡ Itẽ no. causam posse ex argumẽtis decidi. facit. l. nõ possunt. ff. de legi. itẽ qd licita est argumẽtatio de verbis legis ad verba testãtis. facit. l. j. C. cõmunia de lega. 7. l. fi. C. de fideius. 7. ff.
3 de manumis. l. seruus hac. l. ❡ Itẽ no. qd paupertas qñq3 pdest de quo in. l. si quis ad declinandã. C. de epis. 7 cleri. ❡ In glo. sup verbo 7 alia. ibi 7 vltime allegat hec glo. cũ tex. pro dictis Inno. vt qñ ambigue loquit stetur vltime. 7 istud etiã expresse t3 Bal. in auf. C. de colla. 7 originaliter fuit dictũ Hostiẽ. in. c. j. de priui. Quod verũ videt nisi ex alijs circũstãtijs appareat ipsum aliam opi. voluisse approbare vt sepe facit. nã plures dicit nos dicim⁹ postea tñ dicit alij tñ aliter dicũt 7 ponit aliã opinionem vel plures. nam tũc nõ intelliget vltima approbata. ❡ In ea. glos. ibi et rationes plures p hoc facit. l. fi. C. de edic. di. adr. tol. ❡ In eadẽ glo. in fi. ibi tangit an 7 qñ tẽpus ceptũ habeat pro cõpleto. tamẽ aduerte q2 p hoc nõ vident soluta cõtraria prima vnde expedit aliter rñdere. nã. l. ex his loquit in filio sicut hic 7 tñ ibi vult annũ debere esse cõpletũ. potes dicere primo qd ibi nõ cõcurrebat egestas hic sec⁹. 7 scdm hoc non esset simpliciter fauore filij spãle s3 esset fauor filij ɔiunctus cũ paupertate. ❡ Vel scdo põt dici qd ibi loquit in herede filie 7 ideo sec⁹ esset in ipsa filia si viueret p hunc tex. 7 hoc tenebat ibi recolẽde memorie dñs meus dñs Frã. de rãpo. 7 ibi etiã plus dicebat qd iste tex. nõ pcederet si dictũ fuisset in plurali cũ ad annos vigĩti puenisset. mouet p istũ tex. 7 in. v. imperator dũ dicit 7 verbis testamẽti ad annũ. xx. quasi a ɔtrario. secus si in plurali esset dictũ. 7 per hoc etiã facit q2 de virtute vocabuli dicim⁹ qd annus. xx. est eo ipso qd est inceptus. facit. l. si ita ff. de manu. test. sed nõ possumus dicere anni. xx. sunt nisi qñ sunt cõpleti. 7 si dicas ex quo dictũ fuit cũ ad annũ. xx. puenerit p dictionẽ p que notat pfectionẽ. l. vrbana familia. §. pernoctare. ff. de verbo. signi. dicta verba vident importare annum debere esse cõpletũ vt est expressum in. l. non putabã. ff. de cõdi. 7 demon. potes dicere qd euidentius patet ex voluntate testantis qd voluit annũ esse cõpletum cũ dixit in plurali. ideo rogatur etiã annũ esse completum in filio. sed qñ dixit in singulari tũc licet appositũ sit verbum puenerit tñ in filio sit speciale qd sufficiat annũ esse ceptũ. Secus in extraneo vt. d. l. non putabam. ❡ Vel potes dicere tertio qd hic filius fuerat exheredatus 7 agebat de fideicõmisso hereditatis paterne. ideo magis fauet filio. Sed. l. ex his agebat de particulari legato cui nõ sic fauet iuxta id qd no. Bar. in. l. si cui. §. j. ff. de lega. j. Et p hoc etiã pt3 rñsio ad. l. non putabã. hic alleg. ad. l. si cui. posses dicere qd nõ loquitur in filio. vel si intelligat in filio prout ibi etiã intelligit Bar. Potes dicere qd inquantũ ibi dicit qd ex die cõpleti anni. xiiij. cedit dies. intelligant cõplete vere vel ficte nã fauore filij ceptus habet pro cõpleto vt hic vel potest dici qd ibi loquit in particulari legato p id qd in simili. ff. dixi ad l. ex his. necob. huic. §. qd habet in. l. seius. ff. eo. per quã videt qd etiã si annus nõ esset ceptus fideicommissum deberet transmitti ad heredes filij q2 responde qd hoc ideo q2 testator expresse disposuit quid fiendum si decederet anteq3 perueniret ad. xx. annum. ❡ Ultimo diligẽter no. istum tex. q2 limitat. l. cũ auus. ff. de ɔdi. 7 demon. 7. l. cũ acutissimi. C. de fideicõ. inquantũ ibi dicitur qd subintelligit cõditio sine liberis. nã id procedit qñ filius ipse rogatur alteri restituere. sed vbi alias rogat de restituendo si ipse filius decesserit tũc nõ subintelligit cõditio sine liberis vt hic aperte probat ex quo in fideicõmisso venit id qd nõ erat datum filio.

Summarium.

1 Onus minuit eaten⁹ quatenus rogato de honore minuit.
2 Peruenire verbum dicitur obliquum.



1 **Epistolam.** Defectus cause de futuro facit dispositionẽ deficere. hoc dicit. ❡ Not. qd quatenus rogato minuit de honore quẽ testator putabat ipsum habiturũ eatenus minuit de onere. ❡ In glo. j. ibi fecit epistolã. Intellige corã quinq3 testib⁹ alias nõ valuisset. l. fi. §. fi. C. de codi. ❡ In ea. glo. ibi sed corneli⁹ tenet ad alias duas imo solũ ad vnã fm Jac. de are. 7 Old. ex eo q2 portio matris pro dimidia accreuit portioni sempronij 7 sic solum remãsit sibi dimidia portionis materne. vnde sicut si remansisset tota teneretur ad duas vncias ita modo ex quo remanet dimidia tenebitur ad dimidiã duarũ vnciarum 7 sic ad vnã. 7 hoc est qd voluit dicere litera in fi. pro rata portionis maternarũ rerũ licet glo. in sequẽti expositione aliter dicat 7 scdm hoc etiã male dixit glo. ff. in verbo pro rata 7 in verbo maternarũ. ❡ In gl. sup verbo mee. ibi que erat quarta pars. Errauit glo. fm Oldr. 7 Ray. q2 imo erat tertia cũ essent tres equaliter instituti 7 eodẽ modo errauit glo. sequens in verbo sempronij.

Mulier. In dubio qñ quis cogit restituere ei a quo accepit est intelligendũ post mortẽ suam. h. d. 7 ratio patet q2 si fideicõmissum statim deberet redderet inutile. per. l. q.
2 sic. ff. de solu. ❡ Not. qd verbũ peruenire est verbũ obliquum. ad idẽ. l. heredes mei. ff. eo. 7. l. si pater. §. fi. ff. de fideicõ. li. in contrarium facit fm Oldr. qd habet in. l. cũ quis. §. seia. ff. de le. ij. Ray. remittit ad notata per Dy. in. l. lucius. §. filiam. ff. de leg. ij. 7 subdit qd si alia restitutio non precederet 7 testator diceret volo bona mea peruenire ad titium qd ad hoc induceretur institutio et traheretur ad directam. l. quoniam indignum. C. de testamẽ. facit quod no. Petrus 7 Cy. in. l. j. C. de pac. 7 Cy. in. l. j. C. de pac. inter emp. Tu adde qd potest dici verbum cõmune vt plene notat Bart. in. l. centurio. ad fi. de vulga. 7 pupil. 7 facit quod dixi in. l. heredes mei. ff. eodem. §. j.

Summarium.

1 Substitutio directa ad fideicommissum de eqtate trahitur.
2 Honoratus quilibet potest per fideicommissum grauari.



Scevola. Substitutio directa facta in codicillis trahit ad fideicõmissum etiam si frater est in medio. h. d. ❡ In tex. ibi ex asse 7 sic innuit qd alium fratrẽ exheredabat. de quo. ff. subijciet alias
1 non valuisset testamentũ. ❡ Not. qd substitutio directa siue sit vulgaris siue pupillaris siue reciproca facta in codicillis trahit ad fideicommissum de equitate. Et sic not. quod vbi substitutio non potest valere iure directo propter defectum solennitatis trahitur ad fideicommissum de quo in. l. verbis ciuilibus. 7. l. centurio. 7 ibi plene dixi. de vulga. 7 pupilla. 7 limita fm Angel. istud quando testator sciebat se facere codicillos. si autem putasset se testari nullo iure valuisset substitutio per id quod not. glo. insti. de vul. substi. in prin. 7. l. j. in fi. glo. magne. 7. l. ij. §. j. in ver. eundem ff. de iure codi. ❡ In gloss. super verbo substituti. ibi que pupillo erant substituti hec videtur vera expositio. tamen Bar. intellexit qd loquatur de ipsis fratribus inuicem substitutis. sed certe hoc non videtur bene de mente litere que presupposuit impuberem filium ex asse 7 sic insolidum institutum 7 per consequens necessario alium fratrem exheredatum vt dixi sup litera. Adde dictis Bar. quia inquantum dicit quod si esset rogatus de restituendo portionem suam vt quia forte tribus filijs institutis dixisset testator 7 si quis eorum decesserit sine liberis restituat portionem suam superstitibus quod tunc secundo decedente sine liberis non veniet tertius ad portionem quam habuit secũdus de parte primi per. l. pater filium. §. quindecim. ff. de legatis. iij. secus si verba essent simplicia vel generalia nam idem tenuit Angel. in lege ita tamen.

tamen.§.qui suspectam.ff.eo.Sed contrariũ credo verius p.l.si titius.cõiũcta glo.ff.de lega.iij.vt plene dixi in.d.§.qui suspectã. et ibi etiam respondi ad dictum.§.quindecim.et de materia etiã tetigi in.l.marcellus.§.quidã liberis.ff.e.¶Item adde quod dixit hic Ange.sequendo intellectũ Bart.in hoc ver.ideo substitutio reciproca de mero rigore non intelligebatur fideicõmissaria propter disparitatẽ personarũ ideo continebat solam vulgarẽ per l.iam hoc iure.C.de vulga.et pup.et ideo ex sola benignitate tra-
2 bitur ad fideicõmissum.Sed certe hoc dictum est falsum:† quia per fideicõmissuz potest quilibet grauari qui est honoratus.l.ab eo.C.de fideicom.et sic ratio disparitatis personarũ quo ad fideicommissarium nihil habet facere cum cuilibet onerato potest fieri ideo dic melius quod licet substitutio reciproca cõprehendat substitutiones directas tamẽ nõ cõprehenderet fideicõmissarias sui natura vt no.in.l.si plures.ff.de vulga.et pup.et l.lucius.eo.titu. et l.secũda.de impu.et alijs sub.¶Ultimo adde inquantũ Bart. dicit quod ideo hic fit ista interpretatio etiam contra fratrẽ quia substitutio a prin.nõ potuit valere secus quãdo a principio pot valere et agitur de ea trahenda ad aliũ casum quia tunc nõ trahitur cõtra matrem vel fratrẽ per.l.fi.C.de insti.et substi.et per no.p glos. in.l.precibus.in glo.fi.nam potes dicere quod melior est ratio quia dictis personis fauetur vbi nõ constat quod testator voluerit eos excludere.sed vbi constat quod voluit eos excludere vt est in casu proposito faciendo pupillarẽ expressam tunc non fauetur vt patet etiã ex notatis in.l.lucius.ff.de vulga.et pup.vbi patet quod ex eo quia breuiloqua ex vi verborũ comprehendit pupillarem licet in genere excludat matrem.¶Item adde quod in genere dixit hic Ange. circa intellectum.l.si fundum per fideicõmissum.§.fi.cum.l.se.ff. de lega.j.quod illa loquitur quando pupillo sunt substituti venientes abintestato.vnde tunc quia per fideicõmissum non grauabatur pupillus sed ipsi venientes abintestato qui et non adiecto grauamine nec facta substitutione erãt successuri abintestato.sed si substituti fuissent extranei.et sic non successuri abintestato fideicommissum fuisset ipso iure nullum vsque ad legitimam in qua pupillus grauari non potest.l.ex tribus.coniuncta gloss.et d.Cy.C.de inoffi.testa.sed tu dic idem etiã quando substituti sunt extranei cum illi totũ habeant ex dispositione testantis.ideo possunt grauari etiam in legitima filij.licet filius grauari non possit quia illam habere debet ex iuris dispositione et hoc expresse etiã tenuit Dy.et Bar.in.l.j.§.fi.ff.de vulg.et pupil.Preterea in.d.l.si fundũ §.fi.non fuit facta substitutio aliqua sed fuerunt grauati venientes abintestato ipsi pupillo vt ibi patet.fateor tñ quod idẽ esset si ibi fuissent substituti pupillo ipsi venientes abintestato.

Summarium.

1 Qualitas verbo iuncta secũdum tẽpus verbi adesse debet.
2 Naturales veniunt filiorum appellatione.

Heredibus. Conditio de educẽdis liberis non requirit liberos mortis tẽ-
1 pore superesse.h.d.¶†No.quod sufficit qualitatẽ adiunctam verbo adesse scdm tps verbi de quo in.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.et hoc tollit contrariũ.l.ex facto.§.si quis autem.ff.eo.quia ibi respiciebat tempus mortis.

Titius nepotes. Cõditio adiecta instituto si decesserit sine filijs trãsfertur ad filios quos institutus pot habere.h.d.¶In tex.ibi parte.i.acquisite.¶In tex.ibi:satis tñ factum est scz ex presumpta mẽte testã-
2 tis.¶†No.quod appellatione filiorũ continentur etiam naturales si alios grauatus habere non potest et excludunt substitutũ.de quo plene in.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.eo.¶In glo.super verbo siue liberis.ibi non esset faciẽda restitutio.alias tamẽ esset faciẽda.et hec est melior litera scdm Ray.¶In eadem glo.ibi heres nõ fuit.et sic videretur expirare fideicommissum ex quo heres decessit hereditate nõ adita.l.ille a quo.§.j.ff.eo.Saluo nisi forte fuisset curator furiosi ad instantiam fideicõmissarij coactus vt in.l. cum heres instituta furiosa.ff.eo.¶In ea.glo.ibi nisi dicas.hec vera vt patet ex.d.l.fi.§.j.¶In glo.fi.ibi.§.nouissime.facit quod si statuto cauetur naturalem succedere sicut legitimum quod naturalis excludit substitutũ.an autem tale statutum valeat recurre ad ea que habentur in.l.iij.et ibi plene tetigi.ff.de testa.tamen quantum ad hanc legem glossa non videtur bene dicere quia testator videtur verisimiliter quãdo substituit filie per fideicommissum si decesserit sine liberis intelligere de naturalibus ex filia que posset habere legitimos et naturales:quia per tales naturales dehonestaretur fama defuncti et generis sui.cum maior honestas requiratur in muliere quã in viro vt no.in.l.palam.§.que in adulterio.ff.de ritu nup.ideo tene sequentem.et tertia etiam est bona et ambe in effectu volunt quod vbi ex presumpta mente testantis verisimiliter colligi potest ipsum voluisse naturalem excludere substitutum tunc excludit et dicte coniecture ac presumptiones colliguntur ex duabus sequẽtibus rationibus et de materia dictum fuit in.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.eo.

Summarium.

1 Executor nudus agere non potest.
2 Controuersia dicitur siue de iure siue de facto siue in iudicio siue extra moueatur.
3 Abbas monachum habere permittens an peccet.
4 Spes fideicommissi conditionalis non transmittitur.
5 Soror fratris appellatione continetur.
6 Heres fundum a testatore pignoratum emere nõ potest in fideicommissarij preiudicium.
7 Pluralitas resolui potest in singularitates suas.
8 Matrimoniũ inter filios duorum fratrũ de iure ciuili est licitũ.
9 Disiunctio potius attenditur quam coniunctio.
10 Onus intrinsecum diminuitur emolumento diminuto.
11 Legatum sub modo relictum restringi non videtur.
12 Prohibita alienari non veniunt in fideicommisso vniuersali.
13 Debitũ prelegatũ creditori non venit in fideicõmisso vniuersali.
14 Filia in dote non potest per fideicommissum grauari.
15 Instantia nõ hereditaria ad fideicommissarium per restitutionem non transit.

Lucius titius. Possunt aliqui grauari de bonis cõmunicandis. hoc dicit.Et facit ad questionem si testator mandat filijs quod diuidat bona equaliter de qua per Dy.in l.cũ pater.§.dulcissimis.ff.de le.ij.et l.quintus.ff.de an.le.¶Itẽ non ob.huic.l.j.ea.l.§.filiam.quia ibi non precepit vt communicarent hic secus.

Meuia. Nudi executores testamenti in his que non sunt ad pias causas actionem contra heredes nõ ha-
